TRACTATUS

DE

Visitationibus Episcopalibus.

Per R. P. *Anthonium Episcopum Midensem.* A. D. 1696.

****
***
**

DUBLINII,
Impensis Authoris per Jo. Brocas & Cornelium Carter in vico dicto *Fish-shamble street.* 1696.

SYLLABUS CAPITUM.

CAP. 1. *Scriptores de hac re.*
Cap. 2. *Antiquitas Visitationum.*
Cap. 3. *Earum utilitas.*
Cap. 4. *Fines.*
Cap. 5. *Quomodo peractæ.*
Cap. 6. *Quid visitandum.*
Cap. 7. *Quid olim factum in visitationibus.*
Cap. 8. *Quid jam agendum.*
Cap. 9. *Index præparandorum a visitante.*
Cap. 10. *Index præparandorum a visitandis ante visitationem.*
Cap. 11. *Index locorum visitandorum.*
Cap. 12. *Index personarum visitandarum.*
Cap. 13. *Index rerum visitandarum.*
Cap. 14. *Index agendorum a visitatore.*

Cap. 15. *Ordo agendorum in visitatione.*
Cap. 16. *Inquirenda ex Canonicis.*
Cap. 17. *Ex Clericis beneficia obtinentibus.*
Cap. 18. Ex *Curatis.*
Cap. 19. Ex *Clericis Parochialibus.*
Cap. 20. Ex *Æconomis.*
Cap. 21. Ex *Testibus Synodalibus.*
Cap. 22. Ex *Ludimagistris, Medicis, Chirurgis, Obstetricibus.*
Cap. 23. Ex *Laicis.*
Cap. 24. Ex *Impropriatoribus.*
Cap. 25. Ex *Curiæ officiariis scil. apparitoribus.*
Cap. 26. Ex *Notariis.*
Cap. 27. Ex *Cancellario.*
Cap. 28. *Decernenda in fine visitationis.*
Cap. 29. *Agenda a Notariis.*
Cap. 30. *De variis abusibus & excessibus visitatorum.*
Cap. 31. *Epilogus.*

TRAC

TRACTATVS DE Visitationibus Episcopalibus.

CAP. I

Scriptores de hâc Materiâ.

QUandoquidem visitationes Episcopales, si debitè peragantur, sint eximii usus in Ecclesiâ Dei, tum ad morum Reformationem, tum ad orthodoxam doctrinam propagandam, & tamen nonnulla controversiæ subinde oriri solent, de rebus in visitationibus tractatis & definitis, ideo necessarium duximus in initio lectorem nostrum ad eos authores & tractatus referre, qui plenius de hâc re scripserunt, inter quos hi sunt præcipui.

2 Gratian,

1 Gratian. 10. Q. 1. & Q. 3.
2 Decretal. l. 1. tit. 31. de off. Iud. Ordinarii & l. 3. tit. de cenſibus, & lib. 6. tit. iiſdem.
3 Hoſtienſis lib. 1. & l. 3. & reliqui doctores in eoſdem tit.
4 Armilla aurea v. viſitatio.
5 Summa Angelica, ſumma Sylveſtrina, & reliqui Sumiſtæ v. eodem.
6 Pontificale Romanum tit. ordo ad viſitandus Parochias.
7 Concil. Trident. de Reformat. Seſſ. 24. C. 3.
8 Marian Socinus de viſitationibus.
9 Barboſa.
10 Gavantus praxis compendiaria viſit. Epiſcopalis.
11 Fran. Pavinus de viſitationibus.
12 Paulus Fuſcus Sarnenſ. Epiſcopus de iſdem libri duo.
13 Felicianus Epiſcopus Commenſis manuale viſitatorum.
14 Annibal Rochus de viſitationibus.
15 Alphonſ. Villagut Speculum viſitatorum.
16 Zerola praxis Epiſcopalis v. 1. viſitatio.
17 Azorii Inſtit. moral. part. 2. l. 3. c. 40, 41.
18 Anton. Reſta directorium viſitatorum.
19 Mich. Timotheus Inſtructio compendioſa viſitationis.
20 Pau-

20 Paulus Salodius praxis de visitatione.
21 Mockett Politia Eccles. Anglicanæ Cap. 6.
22 Lud. Thomasinus vetus & nova disciplina part. 2. l. 3. Cap. 77, 78. *&c.*
23 Corvinus Jus Can. l. 1. tit. 28.

CAP. II.

De Antiquitate visitationum.

CUM Doctrinæ Christianæ sinceritas in Ministris Ecclesiæ, & vitæ puritas tam in Clero quam in populo, sint præcipua fulcra & columnæ religionis Christianæ, quibus sartis tectis, vel labentibus, religionis salus vel conservatur vel periclitatur, ideo cautum est ab Apostolis & eorum Successoribus, ut prior ab ingruentibus hæresibus, posterior ab inquinamentis conservaretur. In hunc finem, visitationes Ecclesiarum, quoties in deterius labi cœperint mores Christianorum, ab ipsis Apostolis institutæ sunt. *Act* 15. 36. 1 *Cor.* 16. 5. 13. quæ visitatio non erat civilis conversationis ergo, sed officii pastoralis exercitium,

tium, ut eorum profectum in pietate & Doctrinâ Christianâ explorarent. Atque hæc pia & prudentissima Apostolorum praxis, ab eorum successoribus Episcopis conservata est passim in omnibus Ecclesiis. De Sancto Cypriano Carthaginiensi Episcopo refert *Pontius* in ejus vitâ, quod solebat circumlustrare provincias Africæ, Numidiæ, & Mauritaniæ. B. Augustinus de seipso testatur, se sæpe profectum fuisse ad visitandas Ecclesias suæ fidei commissas, imo tantam sibi incubuisse necessitatem de invisendis Ecclesiis ad suam curam pertinentibus, animo persuasus erat, ut maluit Episcopatum suum sponte decurtare, & in Fusalensi castro, ad 40 ab Hypone lapidem sito, Episcopum constituere, quam sibi soli reservare eas Ecclesias, ad quas non potuit ob distantiam, nisi raro excurrere. De B. Martino affirmat *Sulpitius Severus*, illum prisco & avito Episcoporum more, ruris parochias, etiam mediâ hyeme, visitasse, & de Sancto Athanasio referunt ejus Presbyteri, & diaconi qui ei comites erant in lustrandâ Mariote, eum frequenter lustrasse suam provinciam, quæ per Ægyptum, Thebaida, Lybiam, & Pentapolim protensa erat.

Ep. 237.

Ep. 261.

Ep. 1.

Apol. 2. P. 792. Edit. Paris.

An. 365. Extat Can. 57. Synodi Laodicenæ, qui periodeutas collocari præcipit, Episcoporum

rum loco in villis & vicis quorum officium erat in amplis & latè extensis Diocæsibus, agrestes parochias circumire, eas visitare, earumque statum & conditionem Episcopis referre, unde circuitores & visitatores dicti sunt: de quibus Gregorius Magnus in Epist. ad Maximian. Ep. Syracusanum ait, *visitatores Ecclesiarium clerique eorum qui cum ipsis per non suæ civitatis parochias fatigantur, aliquod laboris sui subsidium, te disponente, capiant.* L. 3. Ep. 11.

In Synodo Tarraconensi in Hispaniâ (*anno* 517 habitâ) statuitur *Can.* 8. ut, *antiquæ consuetudinis ordo servatur, ut annuis vicibus Diocæses ab Episcopis visitentur.* Erant igitur annuæ visitationes antiqua consuetudo in Ecclesiâ. Et cum in *Synodo Toletanâ* 4. (anno 633.) querela ad Synodum delata est, de nonnullis Episcopis qui nolebant annuatim suas Parochias circumire, & tamen cogebant clerum ad solvendas expensas mansionum, decretum est a patribus, *ne quid ultra id cupiditatis ingenium exerceat, & ut solicitiores sint Episcopi de suis gregibus visitandis.* Tandem ut de visitationibus in Hiberniâ olim peractis non sileamus: placet hic subnectere quæ de B. Malachiâ Episcopo Connorensi scribit Bernardus in ejus vitâ. *Sed & foris rura & oppida sæpius percurrebat,* 10. q. 1. c. 9. 10. C. 5. & 11.

cum ſancto illo comitatu diſcipulorum ſuorum qui nunquam deerant lateri ejus: Ibat & erogabat vel ingratis cæleſtis pabuli menſuram, nec vehebatur equo, ſed pedes ibat, & in hoc virum ſe Apoſtolicum probans: Erat enim pene inceſſanter circuiens parochias omnes, Evangelio ſerviens, & de Evangelio vivens, niſi quod frequentius ipſum Evangelium ſine ſumptu ponens, de laboribus ſuis ſuorumque ferebat, unde ſe & alios qui ſecum laborabant, in opere miniſterii ſuſtentaret.

CAP. III.

De viſitationum utilitate.

NEque mirum eſt hunc Eccleſiaſticæ Diſciplinæ nervum, ad tam remota antrorſum ſæcula ſe extendiſſe, cum tam præclari ſint ejus in Eccleſiâ uſus, & ingentes utilitates; Hac enim Epiſcopali viſitatione, cæleſtis doctrinæ ſinceritas ab erroribus, cultus externi puritas a ſuperſtitione, vitæ Chriſtianæ integritas a criminum inquinamentis, totaque Religio a Blaſphemiis & Scandalis vindicatur, per hanc modo

do ritè cûque quæ decet gravitate peragatur, cleri & populi mores in melius reformantur, domus & ædes ſacræ a ruinis præſervantur, Æconomi, Ludimagiſtri, teſtes Synodales, totus denique populus ſui officii & monentur, & ad illud ſtimulantur: ad quos fines præſulum noſtrorum viſitationes, collimare debere, monſtrant capita, de quibus juxta canones noſtros nationales inquirere, media per quæ crimina explorare, & pœnæ quas reis infligere debent, quæ poſthac ſigillatim proponenda ſunt.

CAP. IV.

De earum fine.

ET certè de earum utilitate non poteſt melius æſtimari, quam ſi conſulantur fines ob quos olim Inſtitutæ fuerunt, & negotia in iiſdem peragi ſolita: Illi autem erant varii. 1. Chriſtianam & orthodoxam doctrinam expulſis hæreſibus proponere. 2. Bonos mores tueri & pravos corrigere. 3. Populum cohortationibus & admonitionibus ad Religionem pacem & Innocen-

tiam accendere. 4. Cætera ex visitatorum prudentiâ ad fructum fidelium constituere. Concil. Trident. Sess. 24. C. 3.

CAP. V.

Quomodo factæ erant.

10. q. 1. C. 11. 12. 13. C. 7. OLim fiebant quotannis Ecclesiatim, ut patet ex Synodo Brachar. 2. c. 1. Tolet. 4. c. 35. in quibus statutum est ut Episcopi circumeant suas Diocæses; idque per singulas parochias, duravitque hæc consuetudo in Ecclesiâ usque ad sæculum decimum ut ex Capitularibus Caroli magni constat, tantâque Religione observata erat, ut nec ingravescens Episcoporum ætas, nec corporis Imbecillitas a visitandis parochiis excusaret, aut in propriis personis, aut per vicarios ad id munus deputatos: Quâ de re extat Can. 35. Tolet. 4. *Episcopum per cunctas diocæses parochiasque suas per singulos annos ire oportet, quod si ipse languore detentus, aut aliis occupationibus implicatus id explere nequiverit, presbiteros probabiles aut diaconos mittat, qui reditus Basilicarum, & reparationes, &*

L. 7. c. 94. 85. 109. 365.

Ministran-

Miniſtrantium vitam inquirant. Quod ſi ob amplitudinem Diocæſeos, aut parochiarum multitudinem non poterant omnes intra anni circulum perluſtrari, indultum tamen eſt ut intra Biennium, aut triennium ad minimum tota viſitatio abſolvatur: *Concil. Trident. Seſſ. 24. C. 3. Tolet. anno* 1565. C. 8. cui affinis eſt *Can.* 17. Hyberniæ, in quo præceptum eſt Epiſcopis, ut quolibet triennio ad minimum perſonaliter viſitent ſuas Diocæſes & miniſtrent Ritum Confirmationis.

Deinde fiebant Decanatim, poſt diſtributionem Diocæſium in Decanatus rurales, (quæ diſtributio in Hybernià facta eſt ſub adventum Paparonis legati circa annum 1152) cui rei anſam dederunt amplitudo diocæſium, negotia Epiſcoporum, & multiplicitas rerum in viſitatione peragendarum, quæ clero & plebe totius diocæſeos in unum locum convocatis, commode expediri non potuerunt. Tandem vero vergente diſciplinâ in deterius, convocabantur clerus, æconomi, æditui, & teſtes Synodales, ad præcipuum aliquem locum in diocæſi ad viſitationem ſubeundam. (Sicut jam apud nos uſus obtinet) verum non ſine ingenti Eccleſiæ Incommodo, & gravi diſciplinæ Eccleſiaſticæ detrimento, 1. Enim gravantur citati ad viſitationes, longo & moleſto

molesto Itinere 30 aut 40 milliarium, & expensis fatigati in eundo, morando, redeundo, deinde paucæ aut nullæ juniorum confirmationes peraguntur, ab Episcopis, ob longinqua itinera subeunda a confirmandis: Ad quem tamen finem olim collimabant veterum Episcoporum visitationes, & nostræ etiam juxta *Can.* 17. Hiberniæ, tandem vero multitudo tum personarum visitandarum; tum rerum inquirendarum, impediunt Episcopos a stricto & diligenti examine, unde est quod visitationes & perfunctorie peragantur, & multa crimina dimittuntur inulta.

CAP. VI.

Quid visitandum.

TRia sunt visitanda a quolibet visitatore sci. Personæ, Loca, & res.

1. Personæ sc. Clerici tum beneficia obtinentes tum curatias, Æconomi, testes synodales, æditui sive clerici parochiales, Ludimagistri, chirurgi, medici, obstetrices, de quorum officiis post agetur propriis locis.

2. Loca,

2. Loca, sc. Ecclesiæ, chori, capellæ, miterium, ædes parochorum in glebis erectæ & olim abbatiæ, nisi speciali vel gum vel pontificum privilegio exemptæ runt ab Episcoporum jurisdictione.

3. Res, sc. Ecclesiarum suppellex in vementis, campanis, Registris, cistis pro emosynis, libris sacris sc. Bibliis, libris cum, homiliarum & canonum, Baptirio, sedilibus, suggesto, mensa sacra m tapete decenter cooperta, septo altaris reliquis utensilibus pro sacræ Eucharistiæ ministratione, de quibus in sequentibus: tandem de titulis clericorum, quos temtur exhibere juxta canonem, 84.

CAP. VII.

Quid olim factum in visitationibus.

CUM ante sæculum Ecclesiæ nonum, nulla certa formula visitationum Episcopalium occurret, vel in Canonibus conciliorum, vel in aliis monumentis Ecclesiasticis, nec dies natus (ut jam moris est) visitationibus in qualibet Diocæsi præfinitus erat. (Canon enim Bracharensis in-

ferius

rius recenſendus, non tam formula cenſenda eſt quam ſyllabus inquirendorum) primuſque in uſum Rathbodi Trevirenſis Epiſcopi formulam quandam, ex veterum conciliorum decretis, compoſuit Rhegino Abbas Prumienſis, ſæculi noni ſcriptor, ea igitur prius recenſenda duximus, quæ per octo priora Eccleſiæ ſæcula, in viſitationibus peracta erant, prout ex variis Eccleſiaſticæ hiſtoriæ tabulis ſparſim disjectis colligi poterant, & tandem ea quæ ſub ſequentibus Centuriis facta poſtquam hæc res ad certam formulam, & præſcriptam methodum redacta erat.

Quid factum per 8 prima ſæcula.

Inter illa autem paſtoralis officii munera, quæ ante nonum aut decimum Eccleſiæ ſæculum in viſitationibus parochiarum acta erant, hæc ſunt præcipua, 1. Conſtitutio coadjutoris, & ordinatio Epiſcoporum in locis remotioribus, ubi diocæſes latè extenſæ erant. De valerio Hipponenſi Epiſcopo refert *Poſſidius* in vita *B. Auguſtini*, ut, Primate Numidiæ Hypponenſem Diocæſin viſitante, ab eo obnixè petierit Valerius, ut B. Auguſtinum presbyterum in ejus coadjutorem & ſucceſſorem inauguraret; cujus votis annuebat Numidiæ Metropolitanus. Idem etiam de ſeipſo narrat *S. Auguſtinus*, quod in caſtro Fuſſalenſi proprium & peculiarem Epiſcopum ordinaverit,

C. 8.

Ep. 261.

naverit,

naverit, quod a civitate Hipponensi is locus nimium distaret.

2. Concordia Litium & Controversiarum inter Clericos; Dissidentibus inter se Clericis Candacensis oppidi, profectus est ad eum locum B. *Martinus*, ut pacem & Concordiam inter eos procuraret, ut narrat *Sulpitius Severus Ep.* 3.

3. Conversio infidelium & extirpatio Idololatriæ, & Paganarum superstitionum: Id fecit S. Martinus in Parochiis suis pergrandis, teste eodem *Sulpitio.* Dial. 2.

Bonifacius Moguntinus Ep. 105. *Statuimus ut singulis annis unusquisque Episcopus Parochiam suam circumeat, plebem docere & investigare, & prohibere Paganas Superstitiones, & omnes Gentilium spurcitias.* Vide *Greg. Mag. l.* 3. *Ep.* 26. *Capitularia Caroli Magni, L.* 7. *C.* 94, 95. 109.

4. Profligatio Hæresium & Schismatum (quorum ingens seges erat sub initiis Ecclesiæ) per prædicationem sanæ doctrinæ, & disputationes cum Hæreticis & Schismaticis, S. Augustinus in visitatione Fussalensis castri, Cives ejus omnes Donatistarum Schismate infectos, ad Ecclesiæ Catholicæ communionem traduxit, ut ipse ait *Ep.* 261. Theodoretus affirmat supra mille Marcionitas hæreticos, in pa- Ep. 113. 81.

 rochiis

rochiis Cyrenſis diocæſeos diſſeminatos, ab ipſo, in curſu ſuarum viſitationum, in Catholicæ fidei unitatem adgregatos fuiſſe; In Conciliis Africanis decretum erat ut ſi Epiſcopi a collegis admoniti deſides eſſent, & vicos ſibi ſubditos a Donatiſtarum contagio purgare negligerent, ab his viculis alii Epiſcopi eas peſtes abigerent, & ita demum Epiſcoporum ditioni vendicarentur, quorum operâ ab erroribus lucrati erant videatur acris & minax Epiſtola *Greg. M.* ad Epiſcopos Sardiniæ qui illud officium negligebant.

Milvi c. 24. Cod. Can. Eccl. Afric. C. 121.

L. 3. Ep. 26.

5. Miniſtratio Ritus Confirmationis ſacro fonte tinctis a Presbyteris, *Non abnuo*, inquit Hieronymus (adverſus Luciferianos) *Hanc eſſe Eccleſiarum conſuetudinem ut ad eos qui longè in minoribus urbibus, per Præsbyteros & Diaconos Baptizati erant, Epiſcopus ad invocationem Spiritus ſancti, manum impoſiturus excurrat.* Vide Concil. *Liptinenſ. Can. 3. Sueſſion. Ca. 4. Bonifac. Mogunt. Ep. 105. Greg. M. l. 8. Ep. 46. Capit. Caro. M. l. 6. c. 83.* in quibus locis & innumeris aliis, confirmatio populi & conſignatio infantum, inter præcipuas partes viſitatoriæ poteſtatis numerantur.

Addit Capit. L. 3. c. 65.

6. Sublevatio pauperum & calamitoſorum a potentioribus oppreſſorum; memorabilia

morabilia sunt Caroli M. verba hac de re; *Ut unus quisque Episcopus semel in anno suam parochiam circumeat, noverint sibi curam populorum & pauperum, in protegendis & defendendis impositam, ideoque dum conspiciunt judices ac potestates, pauperum oppressores existere, prius eos sacerdotali admonitione redarguant, & si contempserint emendari, eorum insolentia regiis auribus intimetur, ut quos sacerdotalis, admonitio non flectit ad justitiam, Regalis potestas ab improbitate coerceat.* Vid. Cod. Can. Eccles. Afric. c. 71.

7. Verbum Dei prædicare, & populum sacris cohortationibus, ad pietatem, justitiam, & sobrietatem flectere; In omnibus passim canonibus hæc Episcopalis officii pars adeo frequenter inculcatur, ut supervacaneum sit & onerosum Lectorem fatigare in scriptoribus hâc de re citandis; vix ullus est antiquus Canon qui Instructionem plebis & Inquisitionem Criminum non recenset, inter partes Episcopalis visitationis.

8. Cura reficiendarum Ecclesiarum, in quem finem tertia pars proventuum Ecclesiasticorum, reparandis Ecclesiis dicatorum, in manibus Episcoporum deponebatur. Vide Concil. *Tarracon.* 1. *Can.* 8. *Brachar.* 2. *C.* 2. *Tolet.* 4. *C.* 35.

9. Inquisitio in officia cleri, & mores tam cleri, quam populi, ut clericorum negligentia puniretur secundum Canones, & facinorosi inter plebem publicæ pœnitentiæ subjicerentur. Synodus 2. Bracharen. (anno 572 habita) Can. 1. *Placuit omnibus Episcopis, ut per singulas Ecclesias Episcopi, & per diocæses ambulantes, primum discutiant Clericos, quomodo ordinem Baptismi teneant, vel missarum & qualiter quæque officia in Ecclesiâ peragant; & si rectè quidem invenerint, Deo gratias agant; sin autem minimè, docere debent ignaros, & hoc modis omnibus præcipere, sicut antiqui Canones jubent, ut ante viginti dies Baptismi, ad purgationem exorcismi concurrant Catechumeni, in quibus viginti diebus omnino Catechumeni Symbolum, quod est (Credo in Deum patrem omnipotentem) specialiter doceantur, Postquam ergo in his suos Clericos discusserint, vel docuerint Episcopi, aliâ die, convocatâ plebe ipsius Ecclesiæ, doceant illos ut errores fugiant idolorum, vel diversa crimina, id est homicidium, adulterium, perjurium, falsum testimonium, & reliqua peccata mortifera; & quod nolunt sibi fieri, alteri ne faciant, & ut credant Resurrectionem omnium hominum, & diem judicii, in quo quisque secundum opera*

10. Q. 1. C. 12. placuit.

opera ſua recepturus ſit. Et ſic poſtea Epiſcopus de Eccleſiâ illâ proficiſcatur ad aliam.

In hunc Canonem tria annotanda ſunt, 1. A parochis & Decanis ruralibus commonendos fuiſſe Epiſcopos incunctanter de atrocibus quibuſque flagitiis, quæ in ſingulis parochiis commiſſa erant. 2. Ab iiſdem ad annuas Epiſcoporum Synodos ſeu viſitationes, adducendos fuiſſe omnes reos homicidii, adulterii, perjurii, aliorumque criminum graviorum, ſuppetias etiam ferentibus regiis miniſtris, ſi inobedientes eſſent. 3. Ab iiſdem parochis & Decanis, poſt intimata Epiſcopis facinoroſorum nomina, publicæ pœnitentiæ ſubjiciendos fuiſſe intra 15 dies, qui ſceleribus ſupradictis ſe contaminaſſent, aut ſi immorigeri eſſent e cœtu fidelium ejiciendos fuiſſe; Hac erat antiqua illa & nunquam ſatis laudanda Inquiſitio in mores populi, quæ ſuum effectum ſortiebatur in moribus reformandis, ſuppetias ſuas ferente civili magiſtratu: Cui ſimile quid in hodiernis viſitationibus peractum, ad præſentationes œconomorum & teſtium ſynodalium, ſed quam diſpari & infælici eventu, & norunt, & deplorant omnes Epiſcopi, quibus gregis Dominici reformandi cura & onus incumbit.

Tandem

Tandem vero ut Episcoporum authoritas in puniendis sceleribus illibata conservaretur, iis ex Regum favore erga Ecsiam, adjuncti erant Comites regionis, seu præfecti regii, qui civili authoritate fulti, pœnis civilibus coercerent immorigeros, & ad exitum perducerent Episcoporum salubria Consilia & decreta, ut liquet ex Synodo Liptinensi *Can.* 5. & Cabilon. *C.* 2. & Hincmaro Remensi *Tom.* 2. *pag.* 131.

Quid 9. Sæculo factum.

Devenimus tandem ad nonum Ecclesiæ sæculum, in quo certa quædam & præscripta visitationum formula a Reginone composita est, quæ hisce partibus absolvebatur.

1. Ante visitationem præcedebat annua synodus Episcopalis, quæ pro diversâ diocæsium consuetudine, statis temporibus tenebatur: & hanc synodum convenire debebant Clerici, & rationem suarum parochiarum Episcopis reddere, ut junctis Episcopi & cleri consiliis, status parochianorum in melius emenderetur, & in his synodis parochi monebantur de tempore futuræ visitationis, atq; hinc est quod in jure canonico passim decantatum est a doctoribus quod synodus est præambulum visitationis, prudenti sane consilio annuæ synodi institutæ erat, quia olim communi

muni consilio res Ecclesiasticæ tractabantur.

2. Præmittebat post synodum Episcopus, uno aut duobus diebus ante suum adventum, per parochias quas visitaturus erat, Archidiaconum aut Archipresbyterum qui duo facere tenebantur.

1. Plebem in qualibet parochiâ convocare, eamque monere de adventu Episcopi, ut omnes ad ejus visitationem subeundam die dictâ compareant sub pœnâ excommunicationis.

2. Minores & leviores causas una cum presbyteris loci terminare, & leviora delicta corrigere & emendare, ne Episcopus veniens in facilioribus fatigetur, aut amplius ibi moretur quam expensa sufficiat *Regino l. 2. c. 1. Burchard. l. 1. c. 90.*

3. Adveniens Episcopus primum discutiebat mores Cleri, deinde populi secundum monita Concilii Bracharensis supra memorati, discussio cleri duabus partibus constabat, scil. *Alloquio sive admonitione, & inquisitione.* Alloquium continebat summa capita officii pastoralis, ex variis conciliorum canonibus in unum collecta, cujus formulam ad calcem hujus operis subnectemus.

Deinde post alloquium sequebatur Inquisitio in doctrinam & mores Cleri; de quâ vide Regino l. 1. in initio. 4. Fa-

4. Factâ hac Inquisitione evocabantur testes synodales, & juramento infra memorato Cap. 21. astricti.

5. Tum eos serio alloquitur Episcopus, ut memores sint sui juramenti, ut caveant ne aliquid abscondant, ne ex alterius peccato sua fiat damnatio.

6. Tandem procedebat in Inquisitione criminum a Laicis commissorum, secundum formam quæ extat apud Regino. *l.* 2. *c.* 5. & Burchard *l.* 1. *c.* 94. erat autem hæc ex variis conciliorum canonibus deprompta, & ad Inquisitores sive testes synodales directa, qui sigillatim respondebant ad singula interrogata.

Ad eundem planè modum procedunt Justiciarii nostri Itinerantes in circuitu Comitatuum, & Eirenarchæ in conventibus trimestribus: post enim juratos Comitatuum utrosque Inquisitores, tum Lueulentos 24. tum minimos duodecim (*Ang. Grand and Petty Jury*) tum procedit Judex aut Eirenarcha ad alloquium faciendum, (*to give the Charge*) ad Inquisitores, cujus summa capita ex statutis Regni desumpta sunt: Tandem Juratores procedunt ad Inquisitionem & delationem eorum, in quibus peccatur contra leges Regni quorum reformationem & correctionem Justiciariis & Eirenarchis relinquunt.

An

An hanc methodum procedendi, ſtatus civilis debet Eccleſiaſtico, an Eccleſiaſticus civili, diſquirant alii quibus otium eſt; mihi compertum eſt in noſtra Hiberniâ, rem publicam ſua hauſiſſe ab Eccleſiâ, cum viſitationes Epiſcopales ſint multo antiquiores, quam Juſticiariorum itinera, quippe ante annum 1210 nec Hibernia in comitatus diſtributa fuit, nec juſticiariorum itinera aut ſtationes conſtitutæ.

CAP. VIII.

Quid jam agendum in viſitatione.

EOrum autem quæ in viſitatione peragenda ſunt, quædam a viſitatoribus, quædam a viſitandis agenda ſunt, quædam a notariis ſive Regiſtrariis.

A viſitatoribus quædam præparanda ſunt ante viſitationem, quædam in ipsâ viſitatione agenda, quædam in fine viſitationis.

CAP. IX.

Index præparandorum a viſitante.

1. Emanare debet edictum generale, de horis & locis viſitationum, in quo præmonendi ſunt omnes, quorum intereſt, ut compareant ad viſitationem ſubeundam.

2. Ferat ſecum decreta poſtremæ viſitationis, ut videat an executioni mandata fuerint.

3. Librum ferat canonum Eccleſiæ Hybernicæ, & Articulos viſitationis ſecundum quos inquirat.

4. Habeat librum viſitationis deſcriptum, in quo ſint Indices locorum, & perſonarum quæ viſitationi ſubjacent.

5. Faciat ſibi Indicem præcipuarum rerum de quibus interroget, juxta articulos viſitationis ne ſibi ex memoriâ excidant.

6. Moneat Parochos per literas, ut populo ſignificent in ſuis Eccleſiis, tempore divinorum, de temporibus & locis viſitationum, quæ monitiones Archipresbyteris intimentur, & per Archipresbyteros ad Clerum infra ſuos Decanatus.

7. Mo-

7. Moneat eoſdem de præparandis Catechumenis pro ritu confirmationis.

8. Habeat ſecum libros aliquot pios quos parochis diſtribuet in uſum pauperum & egenorum.

CAP. X.

Index præparandorum a viſitandis, ante viſitationem.

1. Fiat monitio populo per parochos, tempore divinorum, de futurâ viſitatione, ejuſque cauſâ, & effectibus, & moneantur æconomi, teſtes ſynodoles & plebs per eoſdem, ad Revelandum ea quæ correctione indigent.

2. Preparentur illi qui confirmandi ſunt paratis ſchedulis, in quibus ſint nomina & cognomina confirmandorum, & parochiarum in quibus degunt, ſimul ac compatrum.

3. Paretur locus pro miniſtrando ritu confirmationis.

4. Parentur per parochos aut Gardianos, libri Eccleſiaſtici ſcil. Biblia, libri precum, homiliarum, Canonum, Codices parochia-

les continentes nomina, & cognomina baptizatorum, Communicantium, conjugatorum & sepultorum.

5. Inventarium sacræ supellectilis ad Eucharistiam spectantis.

6. Index Legatorum relictorum ad pios usus & quomodo soluta.

7. Index Medicorum, Ludimagistrorum, obstetricum & chirurgorum.

8. Index eorum qui in parochiis suis sunt blasphemi, adulteri, fornicarii, ebriosi, aut notoriè criminosi, & non communicantium ter in anno secundum Canones.

9. Parentur Instrumenta ordinum, Titulorum, Beneficiorum, Facultatum, Unionum, Dispensationum.

CAP. XI.

Index locorum visitandorum.

1. ECclesiæ Cathedrales aut Collegiatæ.
2. Ecclesiæ Parochiales cum earum Cancellis.
3. Oratoria sive Capella.

4. Ædes

4. Ædes parochorum, cum earum glebis & manſis.
5. Cæmiteria.
6. Monumenta ſuperſtitionis cum Inſcriptione Orate pro animâ.

De hiſce omnibus Inquirendum an egeant reparatione, cujus ſumptibus reparanda, & curandum eſt ut monumenta ſuperſtionis aboleantur juxta Can. 97.

CAP. XII.

Index Perſonarum viſitandarum.

1. Decanus & Capitulum.
2. Præbendarii.
3. Parochi Beneficiati.
4. Curatores Animarum.
5. Clerici parochiales.
6. Gardiani.
7. Teſtes Synodales.
8. Plebs ſive Laici.
9. Ludimagiſtri.
10. Medici.
11. Chirurgi.
12. Obſtetrices.

13. Im-

13. Impropriatores.
14. Officiales Curiæ ſcil. Cancellarius, Regiſtrarius, Apparitores.

CAP. XIII.

Index Rerum viſitandarum.

1. CAmpanæ.
2. Sedilia Can. 93.
3. Baptiſterium Can. 94.
4. Suggeſtum cum pulvinari.
5. Ciſta pro eleemoſynis Can. 96.
6. Superpellicium Rubrica.
7. Libri ſacri ſcil. Biblia & duo libri precum Can. 94.
8. Libri Parochiales ſcil.

1. Liber Canonum.
2. Homiliarum.
3. Regiſtrum in quo inſerantur.

1. Acta parochialia.
2. Nomina baptizatorum, nuptorum, Communicantium, ſepultorum.

9. Menſa ſacra cum ſupellectile.

1, Panno

1. Panno laneo.
2. Panno lineo.
3. Mappa.
4. Scypho ſtanneo.
5. Calice argenteo.
6. Patina.
7. Septo altaris.

} Can. 94.

De his omnibus inquirere debet viſitator.

1. An ſint in Eccleſiis.
2. Quid deſit.
3. Eorum ſtatum & conditionem in ſcriptis redigere.
4. Monere Parochos & gardianos ad ſùpplendos defectus, citra proximam viſitationem.

CAP. XIV.

Index agendorum ab Epiſcopo in viſitatione.

PRæter viſitationem perſonarum, locorum & rerum debet:

1. Concionem facere ad populum de viſitationum causâ, fine, utilitate & effectibus: aut de aliâ materiâ prout expediens judicaverit.

2. Di-

2. Distribuere sacram synaxin si opus sit.
3. Ministrare ritum Confirmationis, Can. 17.
4. Consecrare Ecclesias & Capellas, can. 43.
5. Invitare quoscunque ad detegenda Crimina & excessus, & præcipue Gardianos & testes Synodales.
6. Pecuniam in Pauperes erogare.
7. Inquirere in delicta Cleri & populi.
8. Mensâ frugali uti.
9. Cum paucis circumire, ne onerosus sit & ut celerius visitatio expediatur.
10. Curare ne subditi graventur exactionibus vel per seipsum, vel per suos officiarios, Can. 23.
11. Catechismos aut alios pios libros distribuere parochis in usum pauperum.
12. Hortari clerum ut supponat aliquid in usum viduarum, & orphanorum a ministris relictorum.

CAP. XV.

Ordo agendorum in visitatione.

1. Post peractas preces & concionem ab Episcopo habitam, procedatur ad sacram synaxin, in quâ clerus cum Episcopo communicet. 2. Fiat

2. Fiat Certificatorium per mandatarios de executione Edicti pro visitatione.
3. Recitentur nomina Citatorum scil. Cleri, Clericorum parochialium, Æconomorum, Testium synodalium, Impropriatorum.
4. Fiat Proclamatio ne ullus discedat sine licentiâ Episcopi, donec visitatio terminetur.
5. Recitentur nomina absentium, & pronuncientur omnes absentes, & non excusati, contumaces.
6. Tandem procedatur in inquisitione personarum, locorum, & rerum.

CAP. XVI.

Inquirenda ex Decano & Canonicis sive Præbendariis.

CUM horum officium, Can. 7. 27, 28. describatur, quæ de iis inquirenda sunt, exinde petenda.

CAP. XVII.

Inquirenda ex Clericis beneficia obtinentibus.

1. LOcus Reſidentiæ, Can. 36.
2. An habeat Curatum & quod ejus ſalarium, Can. 37.
3. An concionetur quolibet Dominico, Can. 9
4. An quater in anno contra primatum Papæ, Can. 2.
5. An legat Liturgiam in Dominicis & Feſtis, Can, 7, 8.
6. An publicet Feſta & vigilias Rubr. in Commun.
7. An legat Canones (præf. ad Can.) & homilias.
8. An catechizet rudes, Can. 11 12.
9. An viſitet infirmos, Can. 41.
10. De publicâ notitiâ ante ſacram cænam, Can. 21.
11. An eam miniſtrat ter in anno, Can. 18.
12. An admittat ad eandem non Confirmatos, ignaros Catechiſmi aut notoriæ criminoſos, Can. 11.

13. An

13. An habeat ſcholam Anglicanam, Stat. 28. H. 8. c. 15.
14. An ſit Ludimagiſter & quis ſit, Stat. Uniform.
15. An conatur reducere papiſtas per colloquia in hunc finem inſtituta, Can. 40.
16. An ſint aliqui nullas Eccleſias frequentantes.
17. An aliqui notoriè criminoſi.
18. De numero Proteſtantium, Papiſtarum & Diſſentientium.
19. De Inventario terrarum & peculiorum ad Eccleſias ſpectantium, Can. 44.
20. An habeat Biblia, duos libros precum, libros Canonum, Homiliarum, & Regiſtrum, Can. 94.
21. An inſerit in Regiſtrum nomina baptizatorum, Sepultorum, Communicantium & matrimonio junctorum, Can. 46.
22. An ædes & manſæ reparatæ.
23. An Cæmiterium ſeptum, Can. 93.
24. An Eccleſia & chorus reparantur, Can. eodem.
25. An ſint in Eccleſiâ Feneſtræ, ſedilia, ſuggeſtum, baptiſterium, Campanæ, Ciſta pro eleemoſynis, Can. 93, 94. 96.
26. Quæ, quot & qualia Utenſilia pro Euchariſtia, Can. 94.

27. Quantum distat Ecclesia cui inservit, a reliquis quos habet in titulo.
28. Exhibeat titulos omnes, Can. 84. scil.

1. Literas ordinum.
2. Institutionem & Inductionem.
3. Dispensationes & Uniones.
4. Certificatorium assensus & concensus, lecti intra duos menses post inductionem, sub pœnâ deprivationis.
5. Certificatorium subscriptionis, declarationi contra assumptionem armorum contra Regem, sub eadem pœnâ.
6. Certificatorium lectionis ejusdem in Ecclesiâ, die Dominico infra tres menses post subscriptionem sub eâdem pœnâ.
7. Certificatorium subscriptionis, declarationi contra Papatum, juxta Statutum 3 Gul. & Mariæ.

29. Tandem moneat eos de criminibus detegendis juxta, Can. 64. 66.
30. De Glebâ in qualibet parochiâ.

CAP.

CAP. XVIII.

Inquirenda ex Curatis.

1. DE loco Reſidentiæ, Can. 36.
2. De ſalario, Can. 36.
3. Quot Eccleſiis inſervit quolibet Dominico, Can. 38.
4. Quantum diſtant ab invicem, Can. 38.
5. De Parochianis, an ſint aliqui qui nullum cultum frequentant, aut ſcandalosè viventes per adulterium, Inceſtum, Fornicationem, Ebrietatem, prophana juramenta.
6. De titulis, Can. 84. ſcil.

1. Inſtrumentis ordinum.
2. Licentiâ pro Curâ animarum.
3. Subſcriptione declarationi contra armorum ſumptionem.
4. Certificatorio lectionis ejuſdem ſub pœnâ deprivationis. Cætera petenda ex Cap. præcedenti.

CAP.

CAP. XIX.

Inquirenda ex Clericis parochialibus.

1. DE ætate, Can. 86.
2. De loco Residentiæ, Can. 86.
3. De peritiâ in legendo, scribendo, & cantu, Can. eodem.
4. De peritiâ in linguâ Hybernicâ, Can. eodem.
5. De titulo ad officium ut eum exhibeat.
6. An pretio emerit ab aliis, mos enim erat omnino improbandus, apud nonnullos ædituos, titulos suos pretio vendere, aut Contractum pecuniarium cum aliis inire, ut invendentis locum & officium succedant, quæ consuetudo reprobanda est quia est species quædam Simoniæ.

CAP. XX.

Inquirenda ex Gardianis sive Ecclesiarum Æconomis.

GArdianorum sive Æconomorum institutio est admodum antiqua in Ecclesiâ: Extat eorum mentio in Synodo Gangrensi, anno 324 habitâ, Can. 7, 8. in Antioch. Anno 341, Can. 24. in quibus præceptum est ut oblationes fidelium non distribuantur sine Conscientiâ Episcopi, aut ejus cui eam curam demandaverit. Erant ergo in nonnullis Ecclesiis instituti, ante exortum concilium Calcedonense, sed fatendum, venerandum illud concilium, (anno 451.) habitum. Primum generali decreto sanxisse, quod universam Ecclesiam obligaret, ut in omnibus Ecclesiis instituerentur. Eorum Antiquitas.

Verba sunt. *Quia in quibusdam Ecclesiis Episcopi sine Æconomis facultates Ecclesiæ tractant, placuit omnem Ecclesiam habentem Episcopum, habere Æconomum de Clero proprio qui gubernet res Ecclesiæ, cum arbitrio sui Episcopi, ut non* Can. 26.

sine

ſine teſtimonio ſit gubernatio rerum Eccleſiaſticarum, & ex hoc deveniat diſpergi res ejuſdem Eccleſiæ, & Sacerdotali dignitati obtrectatio generetur.

Ex quo ordine.

Epiſcopi primitus rerum Eccleſiaſticarum Curam & cuſtodiam agebant, nec ſine eorum conſilio, cuiquam licuit vel accipere, vel erogare in pios uſus, oblationes fidelium, ut ex antiquis Eccleſiæ Canonibus conſtat: Quum vero ea res multum moleſtiæ & obtrectationis Epiſcopis crearet, eoſque diſtraheret a functionibus magis neceſſariis, & utilibus ad animarum ſalutem, electi ſunt ab Epiſcopis ex ordine Cleri, Æconomi qui res Eccleſiæ, ſed non ſine eorum conſilio diſpenſarent in pios uſus: Ut patet ex Canonibus ſuprà recitatis, & multis aliis recentioris ævi, duravitque hæc adminiſtratio penes Clerum uſque ad Eccleſiæ ſæculum nonum: Tandem vero, fixis parochiarum limitibus, & parochis intra proprios terminos concluſis, ne rerum temporalium cura eos ab officiis ſpiritualibus avocaret, Æconomorum electio parochianis permiſſa, ut ex plebe integros & prudentes viros deligerent, qui Eccleſiarum, & Rerum ad eas ſpectantium curam agerent, quæ conſuetudo in omnibus noſtris Eccleſiis invaluit.

Eorum

Eorum autem officium describit, Isido- Officium
rus Hispalensis sæculi septimi scriptor, his verbis, *Ad Æconomum spectat separatio Basilicarum, & constructio, actiones Ecclesiæ in Judiciis vel in perferendo, vel in respondendo, tributi acceptio, & Rationes eorum quæ inferuntur, Cura ægrotorum, cultura vinearum, Causæ possessionum, stipendia Clericorum, viduarum, devotarum, & pauperum, dispensatio vestimenti & victus domesticorum, Clericorum servitialium, quoque & artificium, quæ omnia tum jussu & arbitrio sui Episcopi ab eo implentur.* Tandem vero ex decreto Gregorii noni, P. in Ecclesiis vacantibus, fructus sequestratos recipere, eosque aut in Ecclesiarum utilitatem expendere, aut futuris Incumbentibus reservare, qui plura cupit de antiquis officiis æconomorum, consulat *Greg. M. l. 2. Ep. 22. L. 5. Ep. 5. 10. 55. Concil. Hispal. 2. c. 9. Tolet. 4. c. 47. Nicen. 2. c. 11.* Cum autem hôdiernorum æconomorum officium in Can. Hybernicis 10, 11. 20. 39. 46. 61, 62, 63. 88 ad 98 describatur, officium Episcopi erit postquam eos juramento consueto oneraverit. De Off. Jud. O. l. 4.

1. Brevem orationem ad eos facere, quâ eos graviter & serio admoneat de necessitate & utilitate sui officii in Ecclesiâ, quod sint morum censores in suis paro-

chiis, quod plurimum conferant ad mo-
res reformandos, ſive ipſi delinquentes mo-
neant, vel eorum nomina ad Epiſcopum
aut ejus vicarium generalem deferant,
quod eorum prudentiæ & fidelitati in mu-
neribus ſuis obeundis plurimum nitatur Ec-
cleſia; & quod ſine eorum miniſterio E-
piſcopi parum poſſint in criminibus & ex-
ceſſibus corrigendis.

2. Monere eos de ſolenni juramento,
quo ſancto codice manu apprehenſo, &
ore deoſculato, ſanctè ſpondent, ſe tan-
quam Deum continuò præ oculis habentes,
favore, ſpe, metu, omniq; pravo affectu
ſepoſitis, cum ardenti zelo ad pietatem pro-
movendam & impietatem extirpandem,
omnes infra ſuas parochias delictorum in-
fra memoratorum reos, ordinariis ſuis de-
tecturos & denunciaturos.

3. Ut ideo quâ perhorreſcunt tremendas
pœnas & maledictiones, in ſacro codice
contentas, ſi pejerent, quas (librum oſcu-
lando lubenti animo ſe ſubituros profiten-
tur) quâ chara eſt iis animæ ſuæ ſalus, ut
in munere ſuo tantæ fidei, tantæque utili-
tatis fungendo, ſe verè pios & fideles Dei
ſervos præſtent.

4. Tum tradat iis librum Articulorum
continentem ſumma capita criminum &
exceſſuum ab iiſdem præſentandorum, &
moneat

moneat eosdem ut juxta Canones 66. & 68 intra tempus de jure præstitutum, suas detectiones & præsentationes faciant, & eosdem alloquatur sub hac forma. Dilecti fratres, ut melius vestro fungamini officio, crimina a vobis præsentanda, ordinis & methodi gratiâ ad sequentes classes reduci possunt: aut enim sunt delicta certarum personarum contra officium status sui, aut quorumlibet aliorum Christianorum.

Sub priori classe continentur delicta:
1. Ministrorum verbi.
2. Ludimagistrorum.
3. Medicorum.
4. Chirurgorum.
5. Obstetricum.
6. Clericorum parochialium.
7. Œconomorum.

I. Ministrorum verbi delicta ā vobis præsentanda sunt, 1. An in Ecclesiis suis diebus dominicis preces legant & concionem habeant. 2. An in festivis legant preces & homilias de jure præscriptas, 3. An religiosè & reverenter administrent sacramenta. 4. An juventutem & rudiorem plebem diligenter examinent & instruant in Catechismo. 5. An ægrotantes sedulo visitent. 6. An vitam sobriè & honestè instituant. Cleri delicta.

instituant. 7. An vestimentis functionis suæ gravitati consentaneis induantur. 8. An reliqua faciant ab Ecclesiæ canonibus præscripta, de quibus Consule Cap. 17. & Hibernicos canones sparsim.

Ludimagistrorum.

II. Ludimagistrorum. 1. Eorum nomina & locus residentiæ.

2. An doceant in aliquâ parochiâ sine licentiâ Episcopi.

3. An pueros instruant in Catechismo, & verâ religione.

4. An eos Dominicis & Festis ad Ecclesias adducant.

5. An inde reversos examinent quid ex concione didicerint, & profecerint.

6. Quos libros iis legant.

7. An ullam grammaticam iis prælegant, præter quam eam, quæ publicâ authoritate approbata est, Can. 99.

Medicorum.

III. Medicorum. 1. Indicent eorum nomina, & locum residentiæ,

2. An exerceant non probati & licentiati ab Episcopo.

3. An in suis functionibus obeundis, aliquod sortilegium, aut superstitiosum quid admisceant.

4. An moneant ægrotos ut mittant tempestivè pro parochis, priusquam morbus invalescat. IV. Chi-

IV. Chirurgorum & Obſtetricum. Chirurgorum.

1. Indicent eorum nomina & locum residentiæ.

2. An habiles ſint ad ſuas functiones.

3. An exerceant ſine licentia & approbatione Epiſcopi.

V. Clericorum Parochialium delicta vid. ſupra Cap. 19. Clericorum.

VI. Æconomorum. 1. An Eccleſias & cæmiteria ſarta, tecta conſervant. Æconomorum.

2. An Utenſilia per canones requiſita in Eccleſiis habeant.

3. An fidele computum reddant pecuniarum in uſum Eccleſiæ receptarum & expenſarum.

4. An ſint Aliqui Athei, nullas Eccleſias frequentantes, aut ſcandalosè viventes in parochiis & ut eos ordinario detegant.

5. Moneat eos de tranſmittendis inventariis terrarum & peculiorum ad Eccleſias ſpectantium juxta, Can. 44.

6. Item de tranſmittendis ad Regiſtrum nominibus & cognominibus Baptizatorum, nuptorum, Communicantium & ſepultorum juxta, Can. 46. Plebis.

Cæterorum Chriſtianorum delicta aut ſunt in pietatem, aut in juſtitium, aut in Sobrietatem.

Delicta

In Pietatem

Delicta contra pietatem in Deum varia sunt, quorum nonnulla verbo Dei, alia legibus Ecclesiasticis, alia statutis Regni prohibita sunt; alia ab omnibus.

Verbo Dei prohibita sunt.

Contra verbum Dei.

1. Blasphemia, quæ est in ipsum Deum & sacram scripturam vel Dei sanctos convitium.

2. Temeraria & prophana juramenta & execrationes.

3. Idololatria concedens creaturis honorem Deo debitum.

4. Superstitio tribuens certis Rebus & verborum aut gestuum observationibus, effectus qui neque rationibus Physicis, neque Dei verbo nituntur.

5. Sortilegium, divinatio de futuris eventibus, per media illegitima.

6. Veneficia, maleficia in homines aut animantia per commercium cum dæmone.

7. Hæreses, quæ sunt errores in fundamentalibus fidei articulis.

8. Schismata id est separationes temerariæ, a publicis Cœtibus.

9. Contemptus baptismi, contumelioso de eo loquendo.

10. Sacrilegium, res sacras divinis usibus dedicatas furando.

11. Vita prophana & scandalosa.

Legibus

Legibus Ecclesiasticis prohibita sunt. Contra leges Ecclesiæ.

1. Violationes sepulchorum.

2. Errores contra articulos Ecclesiæ Anglicanæ.

3. Conventicula.

4. Abstinentia illegitima a sacræ cænæ perceptione, ter quotannis administrandâ.

5. Contemptus Confirmationis Episcopalis.

6. Neglegentia patrum familias, in non mittendis liberis & famulis, ut in diebus festis erudiantur a ministro in Catechismo.

7. Contemptus & negligentia liberorum & famulorum, si missi non comparent in Ecclesiâ.

8. Opertum caput tempore divinorum.

9. Desidia in non flectendis genibus, dum confessio, litania, & reliquæ preces recitentur.

10. Gestus immodesti, ob ambulationes, risus, garritus, pulsatio campanarum, quivis strepitus tempore divini cultus, eum perturbans, & quævis tunc temporis occupationes, quam in verbo diligenter audiendo, & precibus devotè fundendis.

11. Otiosæ ambulationes in Cæmeteriis & porticibus Ecclesiarum, dum sacra fiunt.

12. Com-

12. Communis consuetudo cum excommunicatis dum in vivis sunt, & præsentia in eorum sepulturâ cum mortui sunt.

13. Prophanatio Rerum sacris usibus dicatarum, Viz. Sacri calicis, suggesti, patinæ, mensæ Eucharisticæ, baptisterii, & quæcunque alia in verbo Dei, vel in statutis Regni prohibita.

Contra leges Regni.

Statutis Regni prohibita sunt.

1. Conventicula.

2. Absentia a divinis sine justâ causâ diebus Dominicis & Festis.

3. Abstinentia illegitima a sacrâ cænâ.

4. Prophanatio diei dominicæ, & festorum in publicis nundinis & mercatibus celebrandis, in servilibus & manualibus operibus faciendis, in Officinis ad emendum & vendendum aperiendis, in aperiendis cauponis & tabernis ad Receptionem hospitum tempore divinorum.

5. Convitia & contumeliæ in Regimen, Ecclesiasticum, in Liturgiam, Ritus sacros, & formam ordinandi in Ecclesiâ stabilitam.

6. Usus alius formulæ præcum quam quæ legibus regni præscripta est.

7. Prophanatio templi aut cæmiterii per pugnas, rixas, ludos scenicos, spectacula, convivia, tripudia, mercium venditiones,

Lictorum

Lictorum violentias, aut alia negotia sæcularia.

Delicta in Justitiam sunt etiam varia scil. Delicta in justitiam.

1. Diffamatio proximi per calumniam & fictos rumores.

2. Symonia in ordinibus vel beneficiis obtinendis.

3. Perjurium & subornatio perjuri.

4. Crimen falsi in literis ordinum vel testimonialibus commissum.

5. Violenta manuum injectio in Clericum, aut calumniæ & convitia in eundem.

6. Fotus dissidiorum in familiis, inter virum & uxorem, parentes & liberos, aut quoscunque alios proximos ac vicinos.

7. Detentio legatorum ad pios usus.

8. Detentio Decimarum aut oblationum ad ministros aut Clericos parochiales spectantium.

9. Dilapidatio bonorum, aut ædificiorum Ecclesiasticorum.

10. Defectus Utensilium in Ecclesiâ scil. librorum sacrorum, baptisterii, mensæ sacræ, tapetis, pulpiti, cistæ ad custodiam eleemosynarum, & aliorum supra capite 13 memoratorum.

11. Temeraria administratio bonorum defuncti.

12. Communis consuetudo cum excommunicatis dum in vivis sunt, & præsentia in eorum sepulturâ cum mortui sunt.

13. Prophanatio Rerum sacris usibus dicatarum, Viz. Sacri calicis, suggesti, patinæ, mensæ Eucharisticæ, baptisterii, & quæcunque alia in verbo Dei, vel in statutis Regni prohibita.

Contra leges Regni.

Statutis Regni prohibita sunt.

1. Conventicula.

2. Absentia a divinis sine justâ causâ diebus Dominicis & Festis.

3. Abstinentia illegitima a sacrâ cœnâ.

4. Prophanatio diei dominicæ, & festorum in publicis nundinis & mercatibus celebrandis, in servilibus & manualibus operibus faciendis, in Officinis ad emendum & vendendum aperiendis, in aperiendis cauponis & tabernis ad Receptionem hospitum tempore divinorum.

5. Convitia & contumeliæ in Regimen Ecclesiasticum, in Liturgiam, Ritus sacros, & formam ordinandi in Ecclesiâ stabilitam.

6. Usus alius formulæ precum quam quæ legibus regni præscripta est.

7. Prophanatio templi aut cœmiterii per pugnas, rixas, ludos scenicos, spectacula, convivia, tripudia, mercium venditiones,

Lictorum

Lictorum violentias, aut alia negotia sæcularia.

Delicta in Justitiam sunt etiam varia scil. Delicta in
1. Diffamatio proximi per calumniam justitiam.
& fictos rumores.

2. Symonia in ordinibus vel beneficiis obtinendis.

3. Perjurium & subornatio perjuri.

4. Crimen falsi in literis ordinum vel testimonialibus commissum.

5. Violenta manuum injectio in Clericum, aut calumniæ & convitia in eundem.

6. Fotus dissidiorum in familiis, inter virum & uxorem, parentes & liberos, aut quoscunque alios proximos ac vicinos.

7. Detentio legatorum ad pios usus.

8. Detentio Decimarum aut oblationum ad ministros aut Clericos parochiales spectantium.

9. Dilapidatio bonorum, aut ædificiorum Ecclesiasticorum.

10. Defectus Utensilium in Ecclesiâ scil. librorum sacrorum, baptisterii, mensæ sacræ, tapetis, pulpiti, cistæ ad custodiam eleemosynarum, & aliorum supra capite 13 memoratorum.

11. Temeraria administratio bonorum defuncti.

obrie-
m.

Delicta contra ſobrietatem ſunt.

1. Incontinentia gulæ per ebrietatem.

2. Incontinentia carnis per inceſtum, adulterium aut fornicationem, per lenocinium, lupanaria, & proſtitutionem mulierum in iiſdem.

3. Matrimonium clandeſtinum quod triplici reſpectu ſic dicitur; vel ratione conſenſus parentum aut tutorum non adhibiti, vel ob defectum trinæ denuntiationis, in Eccleſiâ, vel reſpectu loci, temporis & Teſtium requiſitorum; Viz. Si fiat alibi quam in Eccleſiâ, ſi non inter horas octavam & duodecimam, in præſentiâ minus quam trium perſonarum fide dignarum. Si fiat tempore Quadrageſimali, aut aliis temporibus per canones vetitis, Can. 49.

Hæc a me eo fuſius diducta fuere, quod ſciam gardianorum officium maximi uſus eſſe in Eccleſiâ (ſi debite conficiatur) ad morum Reformationem, tantæque neceſſitatis ut ſine eorum miniſterio (exceptis caſibus publicæ fama, præſentationis, per parochum & clamoſæ inſinuationis ad ordinarium) Epiſcopi parum conferre valeant ad mores in melius reformandos, quomodo enim emendare poſſunt quæ ignorant, quomodo cognoſcere quid delictum ſit ſine eorum auxilio, qui ſunt Epiſcoporum oculi

in

in qualibet
ſpecula conſ
nt corrigere
criminibus c
dus, niſi pr
gardianorun
judicem ord
plorandum e
nes fiunt a g
ium, vel in
ciliare ſtuder
in horrendu
Deum offen
Non me late
recitatis put
ſentia a divi
dari non po
indulgentiar
delinquentiu
tiam ſumunt
ſationis præ
in hunc alb
judicavi, ut
leges vim ſu
cto opus ſit,
randum rer
norum Epiſ
quæ maxim
miſſis prout

qualibet parochiâ, & veluti vigiles in
cula conſtituti: imo vero tantum abeſt
corrigere poſſint, ut omnis proceſſus in
minibus corrigendis irritus ſit & invali-
, niſi prævia præſentatione vel cleri vel
dianorum, vel clamoſæ inſinuationis ad
icem ordinarium; Et tamen quod de-
randum eſt, paucæ aut nullæ detectio-
fiunt a gardianis, qui vel metu poten-
n, vel in gratiam vicinorum quos con-
re ſtudent, eorum peccatis connivendo,
orrendum perjurii crimen incidunt, &
m offendunt ut proximis gratificentur.
me latet nonnulla ex criminibus præ-
tatis puta ſchiſmata, conventicula, ab-
ia a divinis, & id genus alia tuto emen-
non poſſe in Curiis Eccleſiaſticis, ob
lgentiam magiſtratus, & multitudinem
nquentium, qui prophanam ſibi licen-
ſumunt in leges Arietandi, ubi diſpen-
nis prætextum non habent, ea tamen
nunc album referre non ingratum fore
avi, ut conſtaret quid fieri debet, ſi
vim ſuam obtinuiſſent, non quid fa-
pus ſit, quoad præſentem & deplo-
um rerum noſtrarum ſtatum. Domi-
m Epiſcoporum interetit, ea eligere,
maxime Reformanda ſunt, cæteris o-
prout e re Eccleſiæ judicaverint.

CAP. XXI.

Inquirenda ex Teſtibus Synodalibus.

CUM horum officium in levamen æconomorum inſtitutum ſit, & functiones habeant cum iiſdem communes, quæ canonibus noſtris 61, 62, 63. 88. 89, 90. deſcribuntur, ſupervacaneum eſt plura de iiſdem addere, nos duo tantum de iiſdem inquiremus, 1. De eorum origine in Eccleſiâ, deinde de antiquis officiis & juramentis.

Origo. Quod ad originem ſpectat ſi Gratiano, ſæculi duodecimi ſcriptori fides adhibenda ſit, ea referenda eſt Eutichiano Papæ qui ſæculo tertio vixit, ſcribit enim in ſecundâ parte decreti Juramentum ſynodale ab eodem inſtitutum fuiſſe, *Epiſcopus in Synodo poſt congruam allocutionem ſeptem ex plebe ipſius parochiæ, vel eo amplius prout viderit expedire, maturiores, honeſtiores, & veraciores viros in medium debet evocare & allatis ſanctorum pignoribus unum quemque eorum tali juramento cenſtringat. A modo;*

2. Parte decreti 35. Q. 6. c. 7. Epiſcopus in Synodo.

modo, &c. At in decretalibus Epistolis Eutichiani, nihil hujusmodi occurrit, nequa moris erat in eâ ætate Ecclesiæ, per sanctorum reliquias jurare, nec cum disciplinâ illius sæculi hujusmodi ministrorum officium omnino congruit: aut ergo mendum agnoscendum est in exscriptoribus Gratiani, (cujusmodi plura contigisse non diffitetur doctissimus Ant. Augustinus in emendatione Gratiani) aut multo recentior ab Eutichiani ætate agnoscenda est eorum institutio; Certum est Burchardum (cui multum debet Gratianus) fefelliſſe Gratianum, & Gratianum suos exscriptores: Nam in veteri codice Burchardi hoc juramentum, primo ascribitur Eutichiano in cujus titulo ista leguntur: *Decretalis Institutio Eutichiani Papæ quid Episcopi in Synodo debent Inquirere, Ca. 91. Tum sequitur juxjurandum synodale.* Igitur ante Burchardum ista non dicebantur esse Eutichiani, ut reverâ illius esse non possunt sed potius Caroli magni ævum redolent: Quinetiam apud Reginonem noni sæculi scriptorem, eadem de hâc re occurrunt, in libro de Ecclesiasticis Disciplinis, quæ apud Burchardum & Gratianum leguntur, sed sine L. 2, C. 22. nomine Eutichiani aut alicujus Papæ; quod manifesto indicio est Burchardum hujus Pontificis nomen suo textui primum inseruisse;

seruisse ; quid autem Burchardum induxerit, ut illius nomen præfigeret, puto eam fuisse causam, ut sub mentito Romani pontificis nomine (quorum suo sæculo magna erat authoritas in Ecclesiâ) melior fides huic constitutioni constaret.

Cum igitur testium synodalium Institutio Eutichiano Papæ ascribi nequit. Sed non nullis postea sæculis in Ecclesiam Introducta sit, fateor me ancipitem hærere de exacto tempore hujus institutionis : arbitror tamen, eandem tunc cæpisse cum formulâ Inquisitionis in visitationibus Episcopalibus (quæ apud Reginonem l. 1. extat.) Introducta fuit, quod sæculo octavo, sub Bonifacio Moguntino contigit : Multa enim in formulâ illâ illius ævi mores & Ritus sapiunt. Cum autem in M. S. codicibus Reginonis, Burchardi & Gratiani horum Inquisitorum munera primum describerentur, & Judicarunt Episcopi eorum officium multum utilitatis conferre potuisse ad morum reformationem. Tandem variis conciliis tum generalibus tum provincialibus cautum est, ut in unâquaque diocæsi locum obtinerent.

Can. 6. In concilio Lateran. 4. anno 1215 habito, statutum est *ut Metropolitani, in conciliis provincialibus, per singulas diocæses statuant idoneas personas, quæ per totum annum*

annum simpliciter & de plano, absque ullâ Jurisdictione, solicitè Investigent, quæ correctione vel Reformatione sunt digna, & ea fideliter perferant ad Metropolitanum & suffraganeos in Consilio subsequenti, ut super his & aliis prout honestati & utilitati congruant, providâ deliberatione procedant, & quod statuerint, faciant observari, publicantes ea in Episcopalibus Synodis annuatim, per singulas Diocæses celebrandas. Pœnâ etiam suspensionis interminatâ contra facientibus.

Post latum hunc Canonem in omnibus passim per Occidentem Ecclesiis, admissi sunt: puta in Gallia, ut ex Synodo provinciali Narbonensi, anno 1227 habitâ liquet. In Angliâ ut ex constitutionibus Edmundi Cantuariensis anno 1236 patet. Tandem verò in Consilio Basilienſi anno 1431 habito, Sess. 13. Decretum est, *Ut in Synodo Dioceſanâ annuatim tenendâ, visitatores Diocæsis instituantur, qui per annum Diocæsin lustrantes synodalia ubique servari, non emendata ad proximam synodum deferri, & delinquentes debitè puniri procurent.* Quando autem testes synodales in quamlibet parochiam introducti sunt, & quo Jure eorum electio ad plebem spectat, adhuc me latet, nam in antiquis Canonibus, eorum Electio ad Metropolitanos

Can. 14.

Cap. 21.

nos ſpectabat cum conſenſu ſuffraganeorum, eaque in Conciliis provincialibus facta, & eorum munera non ad quamlibet parochiam coarctabantur, ſed per totam Diocæſin protenſa erant.

Officium & Jura tantum.

Officium eorum erat in mores Cleri & populi Inquirere, eoſdem ad Synodum deferre, conſtitutionum ſynodalium obſervationem urgere, & ne quid peccarent vel amoris vel odii reſpectu habito, ſolenni juramento aſtricti erant, cujus formulam ex Reginone, Burchardo & Gratiano, placet hic Coronidis loco annectere, *A modo in antea quicqui noſti vel audiſti, aut poſtmodum inquiſiturus es, quod contra Dei voluntatem & rectam Chriſtianitatem in iſta parochia factum eſt, aut in futurum erit, ſi in diebus tuis evenerit, tantum ut ad tuam cognitionem quocunque modo perveniat, ſi ſcis aut tibi Indicatum fuit ſynodalem cauſam eſſe, & ad Miniſterium Epiſcopi pertinere, quod nec propter amorem, nec propter timorem, nec propter præmium, nec propter parentelam, ullatenus celare debeas; Epiſcopo de Te, aut ejus Miſſo cui hoc inquirere juſſerit, quandocunque Te ex hoc interrogaverit; ſic te Deus adjuvet & iſtæ Sanctorum reliquiæ. — deinde Reliqui ita jurent ——— iſtud juramentum quod iſte juravit de ſynodali cauſâ, quod tu*

L. 2. C. 3. L. 1. c. 92. 35. Q. 6. C. 7.

illud observabis in quantum sapis aut audisti, aut ab hâc die in antea inquisitus es. Sic te *Deus adjuvet, &c.*

CAP. XXII.

Inquirenda ex Ludimagistris, Medicis, Chirurgis, Obstetricibus.

QUæ de iis Inquirenda sunt, hactenus relata sunt Cap. 20. quod consule, hic tantum dispiciendum est quo jure & quibus de causis Episcoporum jurisdictioni subditi sunt. Vir doctissimus *Cosinus* in tabulis Ecclesiasticis, affirmat hanc jurisdictionem spectare ad Episcopos, *de jure Ecclesiastico, & confirmari jure municipali in Angliâ* & quidem extat eâ de re statutum in Anglia 3. Hen. 8 c. 11. in quo iis concessum est, licentias exercendi medicinam & Chirurgiam infra suas dioeceses concedere peritis, & fide dignorum testimonio approbatis : At cùm illud statutum nullam vim obtinet in Hiberniâ, in quâ tamen soliti sunt Episcopi in suis visitationibus convocare medicos & chirurgos, & Tab. 7.

inquirere in eorum facultates, cumque in Anglia ante conditam illam legem, eadem jurisdictio in usu fuerat, paulo altius origo ejus repetenda est, & ex antiquioribus fontibus haurienda.

26, q. 1. C. 2, 3, 4. de sortilegiis.

Extant apud Gratianum sæculi duodecimi scriptorem, variæ sanctorum patrum sententiæ, & nonnullarum synodorum Canones adversus sortilegia, & divinationes quas nonnulli fideles exercebant in medendis ægrotorum morbis, vid. *Ancyr. Can.* 23. *Carthag.* 4. *c.* 89. *Tolet.* 4. *c.* 28. *Roman. sub Greg.* 2. *c.* 12. Et ante Gratianum sæculo octavo Episcopi in suis visitationibus solebant Inquirere de Incantatoribus & sortilegis, ut ex Reginone de

L. 2. S. 42. 347. Eccles: Disciplinis constat. Legibus etiam Imperialibus cautum est, ut sortilegi nonnullis pœnis civilibus subjaceant, ut apparet ex cod: Theodosiano. tit. de maleficis.

Quinetiam ex D. Augustino, & aliis scriptoribus constat multos, pro medendis morbis eorum opem imploraſſe, ac proinde

De Doct. Christ. C. 19. 20. in synodo *Turon.* 3. (Anno 813 habitâ) præcipitur sacerdotibus *ut admoneant fideles quod artes magicæ & Incantationes, quibuslibet Infirmitatibus hominum nil remedii possint conferre, sed potius Laqueos esse & Insidias antiqui hostis, quibus genus*

Can. 42.

us humanum decipere nititur. Præterea Regino libro supra dicto, Burchardus & Gratianus, citant in hanc rem Canonem quendam ex Concilio Anquirensi (Burchardus & Ivo habent Ancyrensi, alii legunt Ancyrano, sed in Canonibus Ancyranis non extat.) *Ut Episcopi & eorum ministri omnibus viribus elaborare studeant, ut perniciosam, & a Diabolo inventam, sortilegam & maleficam artem penitus ex parochiis suis eradant, & si aliquem virum vel fœminam hujusmodi sceleris Sectatorem invenerint, e Parochiis suis ejiciant.* Atque hæc prima mihi causa videtur medicos & chirurgos vocandi, ad rationem reddendam in synodis & visitationibus, ne aliquid sortilegii admisceant in suis functionibus obeundis. Cui secundam addo ex Concil. Lateran. 4. sub Innocent; tertio Anno 1215 habito, desumptam; (quæ etiam refertur in decretalibus Greg. noni.) scil. ut cautio aliqua sumatur a medicis, de monendis ægrotis ad convocandum parochum, priusquam morbus invaluerit. Canon sic se habet. *Cum infirmitas corporalis nonnunquam ex peccato proveniat, dicente Domino, languido, vade & amplius noli peccare, ne quid deterius tibi contingat; præsenti decreto statuimus medicis corporum ut cum eos ad Infirmos*

Lib. 2. Sec. 364. L. 10. C. 1. 26. Q. 5. C. 12.

C. 22. De pœnit & remis. C. 13. cum infirmitas.

vocari contigerit, ipsos ante omnia moneant & inducant, ut medicos advocent animarum, ut postquam fuerit infirmo de spirituali salute provisum, ad corporalis medicinæ remedium salubrius procedatur. Additurin Canone pæna suspensionis ab ingressu Ecclesiæ; medicis secus facientibus; Hunc canonem a medicis Pontificiæ Religioni addictis, etiamnum Religiose observatum audio, utinam & a doctissimis istius artis, apud Protestantes professoribus, pari Reverentiâ coleretur.

De Pœn. & remis. C. Cum anima. 4. R. 2. 2. 20.

Hic canon non tantum in Angliâ olim observatus ut patet ex Constitutione Richardi Cantuariens; apud Linwood verum etiam in Hiberniâ cum cæteris ejusdem concilii Canonibus receptus & approbatus. Extat in Tauri Bermingham exemplar Can. 29. contra pluralitates beneficiorum: Et Can. 8. de Inquisitionibus, 11. de Magistris Scholasticis; 30. de Idoneitate restituendorum, 32 de congruâ portione & residentiâ, in omnibus passim per Hiberniam Ecclesiis & Diocæsibus recepti sunt: Quinetiam nonnulli ex Episcopis Hiberniæ, scriptis ad Regem Johannem literis Pontificiis, & impetratâ ab eodem licentiâ huic concilio Interfuerunt; Viz. Eugenius Armacanus Henricus Dublin. Donatus Cassiliens. Cornel. Laonens. ut ex subscriptionibus

tionibus Concilii & Regiis diplomatibus, in turri Londinensi constat.

CAP. XXIII.

Inquirenda ex Laicis.

1. AN habeant aliquod gravamen visitatori communicandum.
2. An sciant aliquem vitæ tam criminosæ, ut scandalum præbeat fidelibus,
3. An norunt aliqua legata in pios usus non soluta.

CAP. XXIV.

Inquirenda ex Impropriatoribus.

CUM Laici Impropriatores succedant in locum Abbatum & Monachorum, & eorum terris & fundis & decimis fruantur, quorum respectu iisdem oneribus tum ordinariis, tum extraordinariis gravantur,

in

in ſuis diplomatibus a Regibus noſtris conceſſis, etiam hi compelli poſſunt per citationes ad viſitationem ſubeundam, niſi ſpeciali privilegio, vel Pontificum, vel principum, eorum poſſeſſiones a viſitationibus exempti fuerant: Si compareant in viſitationibus Interrogandi ſunt.

1. An Chori ſive Cancelli quorum reparatio ad eos ſpectat, quandoque in ſolidum, quandoque pro Ratâ decimarum, ſint reparati.

2. Monendi ut intra tempus præſtitutum eos reparari curent.

3. Monendi, ut ſolvant procurationes de jure conſuetas.

CAP. XXV.

Inquirenda ex officialibus Curiæ viz. Apparitoribus.

CUM Apparitores ſive mandatarii ſint miniſtri neceſſarii ad exequendum mandata ordinariorum, & multos abuſus committere ſolent in exactione fœdorum, & temerariâ citatione perſonarum, in grave ſcandalum

candalum jurisdictionis Ecclesiasticæ; cavere debet Episcopus, ut omnes eorum abusus corrigantur, & ne excedant numerum Can. 85. præfinitum, interrogandi ergo sunt.

1. Quot sint per totam Diocæsin Can. 85.

2. De eorum nominibus & cognominibus.

3. De loco Residentiæ.

4. An jurarunt fidelitatem erga Regem, & subscripserunt juxta statutum 3° Gul. & Mariæ.

5. An exequantur mandata Curiæ in propriis personis, Can. 85.

6. An subditos onerent exactionibus & indebitis feodis, Can. eodem.

7. An sint promotores Causarum, aut delatores personarum ad Curias; Can. eodem.

CAP. XXVI.

Inquirenda ex Registrario.

1. AN curet omnia acta, titulos & Instrumenta, fideliter inscribi in publicum Registrum.

2. An

2. An ſuſcepit juramenta Primatus, & fidelitatis, & ſubſcripſit juxta Can. 76. & ſtatutum 3° Gul. & Mariæ.

3. An diligenter evitat omnes illos abuſus qui recenſentur Can. 81.

4. An exigit feoda ultra ſortem in tabulâ definitam, Can. 82.

5. An tabulam feodorum collocat in locis per canones requiſitis, Can. 83.

CAP. XXVII.

Inquirenda ex Cancellario.

1. DE ætate Can. 23. 76.

2. De vitâ Inculpatâ, Can. 76.

3. Degradu Academico, Can. 23. 76.

4. De peritiâ in utroque jure Can. iiſdem.

5. De ſubſcriptione Canonibus, Can. 76.

6. De ſubſcriptione declarationi contra Papatum; juxta ſtatutum 3° Gul. & Mariæ.

7. De ſuſceptione juramenti fidelitatis & Primatus, Can. 76. Stat. 3° Gul. & Mariæ.

8. An

8. An libros Articulorum tradat gardi-
is & Inquisitoribus, Can. 68.

9. An formula juramenti in eundem
brum inserta Can. eodem.

10. An indulget inquisitoribus tempus
nveniens pro formandis de nunciationi-
us; Can. eodem.

11. An emanat citationes quorum no-
nina contra formam Can. 69. præscrip-
m.

12. An Curias Ecclesiasticas teneat ho-
s & locis convenientibus; Can. 74.

13 De exactionibus & feodis indebitis.

14. De nimiâ morâ causarum in Curiis.

15. De commutationibus pœnitentia-
um, quæ juxta antiquos canones in pios
sus erogari debent, & non in privatum
licujus commodum cedere, quanquam
nim de hâc materiâ sileant nostri canones,
ttamen in Canonibus Anglicanis (anno
640 editis) piæ & prudentes constitutio-
es de iisdem commutationibus latæ sunt;
uas consule, sicut etiam Reformationem
egum Anglicarum tit. de pœnis cap. ult.

I CAP.

CAP. XXVIII.

Decernenda in fine visitationis.

POst visitatum statum personarum, locorum & rerum, tandem ad decreta veniendum est, quæ varia sunt, pro ratione earum quæ visitata fuerint.

1. Si loca suprà Recitata, Cap. 11. aut Ruinosa sunt aut Reparatione egent, Episcopus convocatis eis quorum sumptibus reficienda sunt, eos moneat, ut intra tempus definitum curent ea refici & reparari.

2. Si res Cap. 13. memoratæ aut desint, aut præ vetustate & continuo usu sint tritæ & laceratæ, monendi sunt Æconomi, ut novas comparent, sumptibus parochianorum intra certum tempus a visitatore præfiniendum, hortandi sunt etiam parochi ut Æconomos stimulent ad suum officium.

3. Descriptione personarum factâ cum defectuum cujusque mentione, quædam decreta facienda sunt privatè, quædam publicè, ut cæteri timorem habeant pro

conditione

nditione criminum, & arbitrio Episco-
; cavendum tamen est ne diminuatur
thoritas parochi apud plebem, nisi gra-
us delictum id suadeat: In dubiis & mi-
utis defendantur parochi ab Episcopo,
ulti enim queruli sunt adversus eos sine
stâ causâ, tum ob ignorantiam Canu-
um, & præcipuè ob contentiones de de-
mis exortas; Episcopus autem tanquam
quester & mediator inter plebem & pa-
chos consistere debet, ut pacem & con-
rdiam inter eos procuret, & foveat; &
ut graviora peccata non debet inulta
mittere, ita minutioribus indulgeat.

4. Quæ manifesta sunt, & ulteriori
robatione non egent statim corrigat, vel
onitione, vel suspensione, secundum na-
ram criminis & conditionem pœnæ in
anonibus latæ.

5. Quæ ulteriori probatione egent, re-
ferat ad forum vicarii generalis, ut in iis
secundum ordinem juris procedatur.

6. In titulis beneficiorum defectivis &
illegitimis condemnandis, utatur dilatione
ad breve tempus, & cum juris peritis
communicet, præsertim si ad deprivatio-
nem veniendum sit, ne trahatur in Jus ab
incumbentibus.

Tandem tradat Parochis libros Spiritua-
les in usum pauperum.

Neque metuendum est Episcopis, ne i
in turum & periculosum sit, decreta &
constitutiones condere in synodis & visita
tionibus, id enim permissum authorita
Regiâ, Can. 26. nec ullâ lege Parliamen
tariâ in hoc regno prohibitum est.

CAP. XXIX.

Agenda a Notariis.

1. IN cutsu visitationis scribat in foliis, prout potest, omnia quæ tractantur, & nihil omittat eorum quæ vel inquisita sunt, vel decreta sunt a visitatore.

2. Relaturus in librum, methodi & ordinis causâ dividat ea in 4 partes: in primâ describatur visitatio locorum, & rerum, in secundâ personarum, in tertiâ decreta omnia, in quartâ acta Judiciaria contra delinquentes.

3. In visitatione locali describatur accessus visitatoris, quo die, mense, anno, & quibus Comitibus: Status etiam locorum & rerum, prout ante Cap. 11. 13. & in quolibet

uolibet loco: res ad eum ſpectantes, &
arum ſtatus deſcribatur.

4. Viſitatio perſonalis eodem ordine de-
ribatur, quo ſupra in Cap. 16, 17, 18,
9, 20. Sed diſtinctæ paginæ cuilibet
erſonæ aſſignandæ ſunt, vel majores vel
inores pro varietate queſtionum ab iiſ-
em interrogandarum.

5. In tertiâ parte ſcribantur decreta Lo-
alia & perſonalia, addito ſpacio temporis
& pœnâ, V. G. ſi aliquis ad Reſidentiam
moneatur, ſi Eccleſia aliqua reficienda,
ddatur intra quod tempus, & ſub quâ
pœnâ.

6. Ultima pars continebit Acta judicialia,
ſcil. Citationes, monitiones ſequeſtrationes,
Examinationes teſtium, & id genus alia.

7. Tradat Notarius exemplar ſive co-
piam decretorum Rectori, ſive Vicario,
manu ſua ſubſcriptam, cum mandato ut
ea decreta ſcribat in libro ad eum uſum
deputato, & ut publicanda curet eis quo-
rum intereſt.

8. Habeat ſeparatas paginas, pro die,
Anno, menſe, loco, nominibus & cogno-
minibus confirmatorum ab Epiſcopo, item
pro conſecratione alicujus Eccleſiæ, &
perſonarum ad ſacros ordines promotarum.

CAP.

CAP. XXX.

De *variis abusibus & gravaminibus visitatorum.*

CUM in omnem Societatem abusus varii irrepere soleant partim ob pravos hominum mores indies in deterius vergentes, partim ob pronam & facilem prælatorum indulgentiam, & neglectum disciplinæ, quæ sola irruentibus vitiis frænum injicere valet, mirandum non est, si illud etiam in Ecclesiasticâ Societate accidere soleat, quæ ex hominibus constat erroribus & vitiis obnoxiis, quiq; non semper mores suos componunt ad amussim verbi divini, sed quandoq; luxu & delitiis mundi inescantur: Difficile enim est inter mundanos conversantem, mundana non sapere. Id si alibi, hic præsertim in visitationibus Episcoporum locum suum invenit, quorum varii abusus recensentur in Canonibus conciliorum contra graſſantia subinde mala editis & promulgatis: Nos horum abusuum præcipuos recensebimus, tum ad instructionem

nem Visitatorum ne in consimiles scopu-
os impingant, tum in gratiam lectoris ut
Deo & prælatis Ecclesiæ gratuletur de pur-
gato agro dominico ab hujusmodo infœli-
cibus loliis.

Primus autem qui occurrit, neglectus annuæ visitationis, contra quem varii Canones extant Episcoporum Socordiam taxantes & corrigentes *Sc. Tarracon c.* 8. *Tolet.* 4. *c.* 35. *Brachar* 2. *c.* 1. Neglectus visitationis 10. q. 1. c. 9. 10, 11. 12.

2°. Immoderata pompa, & excessivus numerus comitum visitatoribus famulantium, qui ante concilium Lateran. Pompa & Numerus.

3°. Prægrandis erat, & exhausit facultates clericorum, sed ab eo concilio *c.* 4. ad præscriptum numerum redactus: ita ut Archiepiscopi non excederent numerum 40 aut 50 Evectionum *i. e.* equitum Cardinales 25 Episcopi 20 aut 30 Archidiaconi 5 aut 7 Decani rurales duobus equis existant contenti: Hic canon confirmatus est in *Lat.* 4. *c.* 33. & in aliis conciliis puta *Tolet.* 7. *c.* 4. *London. anno* 1200. *constit. Othoboni de procurat winton anno* 1308 *de Archid consule Spelman to.* 2. *p.* 124. 156. 275. 381. 454. 490. 576. & *Lynwood de cens. cap. ut singula.* De Cens. c. 6. cum Apostolus. 10 q. 3. c. 8.

Mirabitur forsan lector immoderatam illam turbam clientum prælatos in visitationibus comitantium, at si status & mores illorum

illorum temporum considerentur, inveniri possunt nonnullæ rationes quæ eam fecerunt necessariam aut saltem tolerabilem puta 1°. Cunei militum, quibus alendis Episcopi astricti erant ratione feudorum temporalium, quos vero simile est eos secum duxisse in tutelam capitum suorum, 2°. Frequentia bella inter minores principes, uni summo subdictos, ob quæ periculosum erat Diœceses peragrare. 3°. Potentia magnatum clero infestorum, quorum oppressiones amoliri non poterant Episcopi nisi militum cuneo stipati. 4°. Jurisdictio in laicos, non tantum in publicis pœnitentiis indicendis, verum etiam in mulctis pecuniariis exigendis de quâ cum controversiam movebant Domini temporales, suorum Vasallorum partibus faventes non poterat ea Jurisdictio propugnari sine magnâ comitum turbâ, & expensis non modicis sacrorum redituum, adde 5° nonnullorum prælatorum superbiam, qui cæteris fratribus insolentiores, ejusmodi pompam affectabant: Et ad liberandos concilii patres a calumniâ, observandum est eos non tam approbare quam tolerare mores sæculi quos eradicare non poterant: Satius judicantes, de pompâ Episcoporum aliquid detrahere & præscindere, quam certam regulam ab omnibus pariter obser-

vandam

andam præscribere ac proinde verba canonis sunt ut non excedant numerum in canone præscriptum, liberum interea cuique prælato relinquentia quali & quanto numero contentus esset in visitationibus modo refectionum numerum non excederet.

3. Profectiones cum canibus venatoriis & avibus viz. falconibus & accipitribus, ac si visitationes ad recreationes & delicias institutæ essent; post positâ verbi prædicatione, & neglecta salute animarum: Cui malo, ab omnibus Deum timentibus abominando, medicatum est per Alexand. 3. in concilio *Lat. 3. c. 4. & clement 5 in concilio Vienens. c.* 2. consule dicta Sanctorum Patrum adversus venationes, *Dist.* 34. *c.* 1. *quorundam, dist.* 86. *c.* 10, 11, 12, 13. *& Spelman. Tom.* 2. *p.* 124. 489. 596. *& decretal. lib.* 5. *tit.* 24, *de Clerico venatore.* Canes & aves. De Cens. c. 6. Clem. tit. Eod c. ad nostrum

4. Nimia mora in Parochiis visitatis prohibita, ne graves & onerosi Ecclesiis essent vide Concil. *Tolet.* 7. *c.* 4 10. *q.* 3. *c.* 8. Archidiaconum *de cens. cap. romana.* Mora in parochiis.

5. Epulæ & splendida convivia, quæ moderata & frugalia esse præcipiunt canones 10 *q.* 3. *c.* 4 *&* 10. *illud* quia indecorum est doctrinam jejunii rubentibus buccis prædicare. Concil. *Lateran* 3. *c.* 4. præcipit visitatoribus, ne sumptuosas epulas Convivia. De Cens. c. 6.

quœrant, ſed ut cum gratiarum actione recipiant quod honeſte & competenter illis fuerit miniſtratum.

Exactiones permiſſæ ſubſidium charitativum.

6. Exactiones, *(i. e.)* Subſidia extraordinaria quæ penduntur Prælatis juſtâ de cau â, ea petentibus: Earum autem una tantum ſpecies canonibus permiſſa, *i. e.* Subſidium charitativum, reliquæ omnes a canonibus improbatæ 10 *q.* 3. *c.* 6, 7, 8. *de cenſ. c.* 9. *& tit. Eod in* 6. *& in clem. concilium cabilon. c.* 14. *Greg. Mag. in Ep. ad Epiſcopos Sicilio.*

Reg C. 11. Ep. 22.

Canones Hibernici anno 1634. editi Can. 23 eſt autem ſubſidium charitativum jam deſuetum, ſed jure priſco permiſſum, modo moderatum eſſet & juſtâ de causâ peteretur, *De Off. Jud. Ord. c.* 16. *conquerente : de Cenſ. c.* 6. *cum Apoſtolus.* A juris canonici doctoribus, recenſentur varii caſus in quibus id petere & imponere licitum erat, puta 1°. Si Epiſcopus viſitaret limina apoſtolica ob publica Diœceſeos negotia; 2°, Si evocaretur ad concilium generale: 3°. Si primitiis gravatus eſſet quæ olim Romano Pontifici pendebantur: 4°. Si ad inopiam redactus: 5°. Si ab hoſtibus captus redimi debeat, aut per bellicos inſultus bonis ſpoliatus: 6°. Si Eccleſia gravi ære alieno laboret quod aliter diſſolvi non poſſit, aliaq; ejuſmodi eâ tamen

gen lege ut hoc jus etiam cum neceſſitas poſtulat moderatè exerceatur ab Epiſcopis, nullo autem caſu ab Archidiaconis, cæteriſq; inferioribus *c. 6. de cenſibus.*

Inter exactiones vetitas variæ recenſentur, viz. Talliæ, *i. e.* cenſus vel tributum clericis impoſitum a viſitatoribus pro libitu iiſdemque ſolvendum in caſibus neceſſitatis, ſic dicto e latino talea quæ vox ſurculum ſignificat, ſive ſegmentum ex arbore deciſum, & in cylindri formam lævigatum, unde verbum taleare pro taleatim incidere, & tallia pro ſtipendio ſive tributo, quod in taleis ſibi invicem reſpondentibus, crenis ſive inciſionibus factis notaretur quantitas ejus quod quiſq; deberet aut ſolveret: Nos anglicè vocamus *tallies* prohibitæ ſunt per Alexand. tertium in Concilio *Lateran.* 3. *c.* 4. & in *append. c.* 7. *in Synodo Londini anno* 1200 habitâ vide *Spelman. to.* 2. *p.* 125 in valuerunt etiam in Hibernià poſt conqueſtum, hancq; pravam conſuetudinem mutuabant Epiſcopi a Dominis temporalibus, qui tenentibus & vaſallis ſuis quædam onera *Shragh* dicta, anglice *cuttings* imponebant partim in nummis, partim in pecore & cibo ſolvenda ad arbitrium Dominorum. 2°. Spallæ, *i. e.* membra ferarum, aprorum vel cervorum quæ præſtare Dominis ſolebant ob

Exactiones vetitæ ſc. Talliæ.

De Cenſ. *c. 6.* cum Apoſtolus. Lynwood C. ut Archidiaconi.

Spallæ.

facultatem vel licentiam venandi in eorum Sylvis, occurrit hac vox in Decretal. *l.* 3. *t.* 39. *c. cum venerabilis* verum quia Episcopis solvi solebant, non prout visitatoribus sed in jure dominii temporalis, ideo eas hic commemorare satis judicavi 3° Exactiones in pecuniâ pro ferraturis equorum quæ a Clemente 5° in concilio viennensi prohibitæ satis enim pontifici visum est justis & honestis visitatorum expensis Ecclesias onerari, pari enim ratione exigi poterant pecuniæ pro dorsualibus, & cinctoriis, & Ephippiis reficiendis, 4o redemptio mansionum, *i. e.* exactio pecuniæ a visitandis pro hospitio visitatorum, & si non visitassent: Tenebantur enim subditi hospitio excipere visitatores, eorumque ministros, & viaticum iis ministrare, & illius loco pecuniam extorquebant prælati licet non visitabant, quæ duplex infamia & negligentiæ & avaritiæ acriter per canones animadversa vide Gratian. 10 *q.* 1. *c.* 9. *relata* varia concilia Anglicana apud Spelman. *Tom.* 2 *p.* 125. 156. 380. 454. 489. 576. 5° Pedagia & Juidagia. *i. e.* tributa soluta pro salvo conductu per terram alicujus ut securius vadat, ea recipiens tenebatur, suum territorium securum facere adversus prædones, adeo ut, si aliquis spoliaretur, Dominus terræ tenebatur damnum

De cens. c. 2.

Calcei equorum clem 3. 13. c. 2.

Redemptio Mansionum,

Lynwood de cens. c. ut singula Pedagia & Juidagia.

num & rapinam reſarcire: Occurrunt hæ voces de cenſibus *c.* 10. *innovamus & ſtitul. Eodem in* 6. *c. quanquam* 4 *& in Clement. tit. eodem c.* 3. *præſenti* ſed quia erant tributa a Laicis impoſita, non ſunt proprie hujus loci, nos tamen eorum mentionem fecimus, ad illuſtrandas voces quaſdam barbarus in jure canonico occurrentes. 6o Exactiones feodorum indebitorum ab officiariis viſitatorum vide *de Symonia c. in ordinando & c. cum in Eccleſiæ* Lynwood *de inſtit. c. quia juxta c. item quia & de cenſ. c. item contra c. ſæva & c. item licet can.* 23. Hiberniæ: in quibus conſtitutionibus prohibitum eſt exigere feoda pro inſtitutionibus, inductionibus, titulis conſcribendis, ultra ſortem in iiſdem conſtitutionibus præſcriptam, de quibus obſervant Doctores; quod ſi Notarius percipiat Salarium de publico nihil debet exigere pro charta & ſcriptione. 2. Si non percipiat tum nihil vetat accipere pecuniam pro labore in ſcribendo, & expediendo literas, quia labor qui non eſt res ſacra licitè æſtimari poteſt pretio, licet verſetur circa rem ſacram, cum hoc non ſit per ſe malum. Feoda indebita.

7. Noctialia, *i. e.* refectiones in victualibus, præter ſummam procurationum de jure conſuetarum ad quarum præſtationem nonnulli lucris inhiantes cogebant clerum Noctialia.

per

per censuras Ecclesiasticas, prohibentur in canonibus Hibernicis *Can.* 23. salvo tamen jure illorum Episcoporum, qui procurationes in victualibus solebant recipere, & quidem in constitutionibus de censuum & procurationum solutione factis, frequenter additur, ut procuratio sumatur vel in pecuniâ, vel in victualibus & non in utrisq; iniquum enim est in utrisq; petere cum procurationes solvantur in pecunia vice & loco victualium : 8°. Invitatio amicorum & extraneorum ad refectiones cleri expensis factas Linw. *de cens. c. ut singula nec ad eam procurationem venientes extraneos, ut secum veniant., invitare præsumant, ne forte qui per suum adventum Ecclesias non gravarent, easdem gravent per invitatos:* 9°. Cathedraticum, census jam exoletus, sed olim pendendus in signum subjectionis & honorem cathedræ ; Olim voluntarius erat ad arbitrium imponentis, & exigebatur, quoties & quando & quantum imponenti placuit, ac proinde eâ de causâ inter exactiones reponendum censui, quamvis postquam ad certam summam duorum solidorum redactus esset inter census licitos & de jure permissos numeretur vide Gratian 10. *q.* 3. *c.* 1. 4, 5, 8. *& de offic. Jud. Ord. c.* 16. *conquerente* sedes Episcopalis quæ & solium & thronus dicitur ipsaque

Invitatio Extraneorum.

Cathedraticum.

que dignitas Antiſtitis cathedræ nomine penumero deſignatur 7. q. 1. c. *non aum* 12 & *can. Si quis* 31, *eo quod* Præ-lum munus in populo docendo maxime ſitum ſit; hinc cathedraticum dicitur ſtigal ſive honorarium quod præſtatur cauſa juriſdictionis Epiſcopalis, videtur manſiſſe velut veſtigium antiqui Juris, od Epiſcopi, ex canonibus Apoſtolicis Antiochenis habuere, proventus univerſuæ Dioœceſeos diſpenſandi & ſuam cleo cuiq; partem aſſignandi de quo vide ratian 10 q. 1. *can.* 3. 7. 12 q. 1. c. 22. 3. 24. 10. Synodale ſive Synodaticum Synodalia. currit hæc vox in decretalibus Gregorii oni *de Cenſ. c. olim cauſam*, & in Lin-ood de officio vicarii *Cap. quoniam* in an-otationibus Johannis de Athon ad conſti-tiones legatinas Othonis & Ottoboni eſtq; nſus quidam in Synodo a clero ſolven-us, ſic dictus vel quod in Synodo exigi præſtari ſoleret vel quod ab iis Eccleſiis beatur, quæ ad cujuſq; Epiſcopi Syno-um pertinent, ad quam ejus mandato pa-chos convenire oportet. Nonnulli eum m cathedratico alii cum procurationibus nfundunt, a quibus non differre exiſti-ant, ſed temere & ſine ullo fundamento am 10. Synodalium nulla expreſſa ſum-a memoratur in jure canonico, procura-

tiones

tiones vero & Cathedraticum ad summam certam & præscriptam redactæ sunt: 2o. Synodalia in Synodis, statis temporibus habendis, secundum consuetudinem Diœcesium persolvenda erant, procurationes vero in visitatione Parochiarium quæ visitationes olim voluntariæ erant ad arbitrium Episcoporum, & pro statu Ecclesiarum visitationibus indigentium 3 apud Linwood Cathedraticum Synodaticum & procurationes distincte numerantur tanquam distincta onera Episcopalia a clero solvenda 4 in antiquis rotulis Midensis Ecclesiæ procurationes & Synodalia distincte taxantur, & quælibet Ecclesiæ præter procurationes taxatur ad summam unius solidi pro Synodalibus & quœlibet capella ad summam sex denariorum.

De off. vicar c. quoniam v onera ecclesiastica.

11. Exactiones in procurationibus, in quibus excessus committi poterat, non quoad rem ipsam (justissimis enim de causis impositæ) sed quoad modum rei, puta nullo respectu habito ad paupertatem & facultates Ecclesiarum visitatarum de quibus paucula annotanda sunt quia hæ cum Synodalibus inter antiqua onera Ecclesiastica solæ restant persolvenda 1o. Quod procurationes sunt exhibitio sumptuum necessariorum Prælatis Ecclesias Subjectas visitantibus facta, & sic dictæ sunt quia

Procurationes.

Quod sunt.

Ecclesiæ

Ecclesiæ Episcopum visitantem procurant, i. e. curant alunt & tuentur. 2°. Quod procurationes non sunt debitæ ob solam usam visitationis Affirmat Lynwood *de cens. c. quamvis v. ratione visitationis* quod nonnunquam debentur ratione consuetudinis, aliquando ob pactum aliquod & compositionem in fundatione Ecclesiæ appositum: Consule *cap. quanto cap. procurationis* & *cum nuper de censibus* in quibus innuitur procurationes ob alias causas persolvi posse quam ratione visitationis & notat glossa in *cap. procurationis & visitationis* quod triplex est procuratio una quæ debetur ratione visitationis, alia ratione consuetudinis, tertia ratione pacti appositi in ipsâ fundatione memorabilis est causa apud Gratian 18. *q.* 2. *cap. Eleutherius* quam in hunc finem allegant Doctores de matre Eleutherii quæ in constructione Oratorii conventionem quandam iniit cum Cardello Episcopo de una Medietate oblationum pendendâ Presbytero oratorii & altera medietate Episcopo Diœceseos, & in rotulis Miderisibus vasii antiqui census taxantur sub nomine procurationum: Illæ autem procurationes quæ ratione visitationis præstari solebant, justissimis de causis impositæ erant: Cum enim nemo militat propriis stipendiis & æquum est ut qui recipiunt spiritualia, com-

Cur impositæ.

L. municent

municent temporalia, & oneroſum eſſet Ordinariis, propriis ſumptibus peragrare Eccleſias ob earum commodum, ideo Æquiſſimum eſt, ut eorum ſumptibus alerentur Epiſcopi in quorum gratiam tam moleſta itinera ſubeunda ſunt: 3o. Quod procurationes ratione viſitationis debitæ primum ſolutæ erant in victualibus, in eſculentis & poculentis & hoſpitio, & non in pecuniis numeratis ut patet ex decretalibus Gregorii noni *cap. cum Apoſtolus de cenſibus & tit. eodem in* 6. *c. Romana v. procurationes & cap. exigit Spelman to.* 2. *p.* 490. 576. *Lynwood de cenſ. cap. ut ſingula v. debitam & cap. quamvis* ad quæ tamen exhibenda, nemo compellendus erat, ſed ea accipienda quæ ſponte oblata erant: Gratian 10. *q.* 3. *cap.* 4. 7. 8. Lynwood ſupra. 4o. Quod pecuniam exigere vel accipere, niſi a volentibus loco procurationum in victualibus, primum interdictum erat, (ut patet ex conſtitutionibus Innocentii 4 in concilio *Lateran* 4. & Gregorii Decimi in Lugdunenſi) ſub pæna dupli Eccleſiis reſtituendi: Poſtea vero permiſſum per conſtitutionem Bonifacii octavi anno 1295 latam *in* 6 *cap fælicis* ob multa incommodorum diſpendia, quia multorum dierum victum brevis hora conſumpſit ob humilem & vilem caſam & ſupelle-

Quo modo ſolutæ.

Exactio pecuniæ.

De cenſ. in 6. c. 1. 2.

ctilem

tilem cleri ruralis, in quibus inconveniens rat Epiſcopo Miniſtrari, ob portationem victualium ad locum congruum, ob contentiones exortas inter viſitatores & viſitandos, puta de qualitate victualium, de modo coquendi, de ſtipendiis coquorum, & alia id genus quæ recenſentur in Clement. *de cenſ. c.* 2. *ad noſtrum*: Tandem vero cum neq; ſic lites componi poterant (ob ambiguitatem quorundam vocabulorum in conſtitutionibus pontificiis; Viz. *Moderatam procurationem pro dignitate perſonæ viſitantis & facultate Eccleſiarum* & viſitatores adeo immoderati erant in procurationibus exigendis, ut interdum Eccleſiaſtica ornamenta ſubditi exponere compellebantur) conſtitutio edita eſt per Benedictum duodecimum anno 1337 in qua procurationes ad certam ſummam taxatæ, & redactæ erant, quam vide in Extravagant commun. *l.* 3. *tit.* 10. *cap. vas Electionis.* 5°. Quod procurationes debent eſſe moderatæ, habito reſpectu non tantum ad dignitatem perſonæ viſitantis ſed ad opes & facultates Eccleſiæ viſitatæ *de cenſ.* c. 16. 23. 25. & gloſſa *in cap. cum Apoſtolus v. ſumptuoſas* quod ſi Eccleſia viſitata procurationi ſolvendæ non ſufficiat, tum viſitator, vel propriis expenſis tenetur eam viſitare, juxta canonem Synodi Cabi-

Debent eſſe moderatæ.

lonensis 10 *q.* 3. *cap. cavendam* vel vicinarum Ecclesiarum suppetiis, pro cujusq; Ecclesiæ redditibus levanda erat juxta constitutionem *de cens. cap.* 6. *cum Apostolus v. pauperioribus c.* 17. *cum instantia v. prægravari c.* 23. *procurationes* Clement. *tit. eodem c.* 2. *ad nostrum* consule Spelman *tom.* 2. Concil. *p.* 156. 576.

Non Solvendæ sine personali visitatione

6°. Quod non erant solvendæ nisi personaliter visitantibus Spelman. *Tom.* 2. *p.* 156. 205 380. 489 576 *c.* 23 *procurationes de cens. & tit. eod. in* 6. *c.* 1. *romana c.* 3. *felicis* Lynwood *de cens. c. ut singula & c. quamvis* cum enim visitatio sit principale, & procuratio accessorium quod debetur ratione visitationis, iniquum est vel petere vel accipere procurationes, ubi visitationis officium non absolvitur: Hæ constitutiones intelligendæ sunt, ubi Præsulus nec per se, nec per alium, officium visitationis exequitur, concedunt enim canones licentiam Episcopis justâ de causâ impeditis, Viz. vel ob invaletudinem, vel ob Diœcesin nimis late diffusam id munus per alios, exercere vide Gratian 10. *q.* 1. *can. Episcopum & de Off. Ord. c.* 15. *inter cætera* verum hæ leges per posteriores constitutiones sublatæ sunt, postquam procurationes ad certam summam taxatæ erant, & inter fixas redituum Episcopalium partes

artes numeratæ, præcipue per constitutionem Benedictinam *cap. vas electionis* supra memoratam vide causam Episcopi Mitensis de procurationibus relatam apud Joh. Davysium ubi ex communi Judicum consilio determinatum est, eas solvendas esse, ubi visitationis officium non peragitur: Non minus quam decimas laicis impropriatoribus, quibus nefas est verbum divinum prædicare.

7°. Solvendæ sunt a subditis licet ad alium locum e sua domo & Parochiâ sint vocati: Glossa *v visitatis in c. 1. de cens. in 6.* consule Innocentium & Hostiens ibid: Sane Innocentius quartus in concilio *Lateran* 4 permittit Archiepiscopis & Episcopis de pluribus locis ad unum congruum clericos & laicos convocare, si commode & absq; difficultate accedere ad quamlibet Ecclesiam non possint *de cens. in 6. c. romana*: Sub initium in quare non nihil variatum est a rigore priscorum canonum. Solvendæ a convocatis q. domo suâ.

8°. Ab unâ Ecclesiâ, unica tantum procuratio solvenda est Spelman *to. 2 p. 489 576.* Linwood *de cens. c. quamvis, i. e.* Si in eâdem Ecclesiâ sint Rectoria & vicaria (ut sæpe contigit in Ecclesiis Monasteriis annexis) tunc una procuratio solvenda est vel a Rectore vel a Vicario & non distinctæ procurationes ab utrisque. Una procuratio ab unâ Ecclesiâ.

Quis

Quis autem eorum ad procurationem solvendam teneatur, dignosci solum potest ex rotulis procurationum, & priscis compositionibus inter Episcopos ex unâ parte & Abbatem & conventum ex alterâ, in prima Erectione vicariorum: Quandoq; enim Vicarius tenetur ad omnia onera ordinaria subeunda, & Rector (ad extraordinaria,) quandoq; Rector ad omnia onera tum ordinaria tum extraordinaria in rotulis Midensis Ecclesia expressa mentio est uter ex iis ad procurationes solvendas teneatur.

Una pro Ecclesia & Capellis.

9°. Si Ecclesia aliqua habuerit capellas ab ea dependentes (ut sæpe contigit in Hibernia in amplis Parochiis, in quibus plures capellæ erectæ sunt, ob commoditatem Parochianorum longe dissitorum a matrice Ecclesiâ ut in nostra Diœcesi in Parochiis de Trym, Rathwire, Dunboyn, Rathconnel, Kells, *&c.* quarum nonnullæ curatis temporariis & ad libitum amotivis gaudebant, aliæ vero capellanis propriis & perpetuis a Rectore Superioris Ecclesiæ distinctis) una procuratio tantum solvenda est pro Ecclesiâ & capellis ab eâ dependentibus: Lynwood *de censibus c. quamvis v. una Ecclesia* quam constitutionem limitat ad eas capellas in quibus Rector Matricis Ecclesiæ deservit per curatum temporarium, ad ipsius nutum amotivum,

non

n autem ad capellas habentes capellanum
ve curatum proprium, alium a curato
ve Rectore Superioris Ecclesiæ vide Lyn-
ood supra.

10. Una tantum procuratio pro una e accipienda est, etiamsi visitans, plures ecclesias intra eundem diem visitaverit *de ns. in* 6. *c.* 3. *fælicis* Lynwood *de cens. quamvis* Spelman *Tom.* 2. *p.* 489. 576. anc constitutionem primus tulit Bonifa-us octavus circa annum 1295 cujus ra-onem subjungit, quia eidem sufficere de-et, ut temporalia metat a locis personali-r visitatis, pro diebus quibus eis spiritua-a subministrat: Verum hæc constitutio blata est per Benedictum 12 anno 1337 certe cum reditus omnium Episcopatuum xati fuerint primum in libris censualibus omanorum Pontificum, & postea Regum ostrorum, non tantum pro terris & fun-s, verum etiam pro procurationibus & ynodalibus, & exinde primitiæ & Anna-e (ut vocant) primum Papæ solutæ, & ostea regibus nostris per regni Statuta stitutæ, adeo ut jam numerentur inter atos & annuos Episcopatuum proventus, orum partem non modicam faciunt, æ-uum est ut procurationes etiamnum reser-ntur Episcopis illibatæ, secundum tax-m in antiquis rotulis factam.

Una procuratio pro una die.

Extrav. com. l. 3. tit. 10. c. vas electionis.

11. Ab

Nulla præscriptio Contra eas.

11. Ab onere procurationum nullus subditus immunitatem ullâ præscriptione tueri potest nisi ex speciali privilegio sedis Apostolicæ, Numerantur enim inter oneras ordinaria Ecclesiastica & notum est axioma in jure canonico quod contra procuratione nulla est præscriptio de præscript. *c.* 16 *cum ex officii de cens.* l. 17 *cum instantia* Cujus rei ratio est quia visitatio est actus jurisdictionis Episcopalis quam tenetur Episcopus erga suos subditos exercere, & canonibus Ecclesiasticis punendus est si eam negligat, & sicut nemo immunitatem prætendere potest a visitatione ita etiam nec a procurationibus quæ sunt illius accessoria.

Impropriatores non Exempti.

12. Quod Impropriatores laici teneantur ad solutionem procurationum temetsi visitationis officium iis non impertiatur nisi speciali indulgentia vel Regum vel Pontificum exempti sint, cujus rei rationes sunt variæ 1o. Quia succedunt in locum terras & decimas abbatum & conventuum ac proinde nihil privilegii prætendere possunt quod non habuerunt Monachi 2o. Quod in eorum diplomatibus, a regibus concessis, hæc clausula inserta est, *pensionibus, procurationibus, Salariis curatorum & reparationibus cancellorum, in omnibus semper salvis.* 3o. Quod per varia regni

Statuta

tatuta in diſſolutione conventuum, procurationes Epiſcopis reſervantur 4o. Quod Dominus Rex ſolvit procurationes pro iis Eccleſiis & decimis quas poſſidet in jure Coronæ; 5o. Quod jam converſæ ſunt in Laicum feodum (ut loquuntur juriſtæ nostri) æque ac impropriatorum decimæ & non minus pendendæ ſunt Epiſcopis licet non viſitant impropriatores, quam decimæ laicis conceſſæ, quibus prædicationi verbi divini & Sacramentorum adminiſtrationi vacare non licet.

CAP. XXXI.

Epilogus.

ATque ita tandem pro tenuitate noſtri ingenii abſolvimus deſignatum opus de viſitationibus, in quo vereor ne nonulli nimiam prolixitatem, alii vero, non ſatis pro dignitate & varietate materiæ, rem tractatam eſſe cauſentur: Ingenuè fateor me non omnia attigiſſe quæ ad hanc materiam ſpectant; nec animus erat quæſtiones omnes ſpinoſas quæ ſuboriri ſolent ſolviſſe conſultius enim Judicavi, lectorem noſtrum ad authores, qui de hac Materiâ

tractarunt, amandare, quam libellum noſtrum ſolutionibus quæſtionum undique corraſis replere, quarum nonnullæ inutiles & aliæ multæ quæ in Jure Canonico occurrunt, ad Rerum noſtrarum Statum poſt exturbatam Romani Pontificis authoritatem non ſunt accommodatæ. Notum eſt omnibus in Jure peritis, multa occurrere in jure pontificio; quæ regiæ prerogativæ, aut conſuetudinibus regni, aut publicis tabulis & ſtatutis Parliamentariis, adverſantur, ac proinde nullam apud nos vim obtinere: Et quoad exiguam illam partem legum Eccleſiaſticarum, quæ adhuc apud nos valent, adeo decurtatæ & frænatæ ſunt regiis prohibitionibus, & Reſponſis judicum in jure noſtro municipali peritorum, ut difficile ſit cognoſcere unde hauriendæ ſint, & inter approbatas & rejectas diſcernere; niſi ex Relationibus juris peritorum, quarum numerus adeo jam excrevit, ut neſcio an alicujus Theologi vel crumena ſufficiat, ad eas coemendas vel otium ad legendas. Mihi ſatis fuiſſe putavi, ſi antiquum ſtatum & ordinem viſitationum, & quid jam tuto fieri poſſit, juxta leges Regni, & conſtitutiones authoritate Regiâ firmatas commonſtraverim; ſperandum interim eſt, neque juris peritos noſtros, hodiernum ordinem viſitationum noſtrarum

noſtrarum damnaturos : Cum eadem videant ad amuſſim fieri in comitiis Eirenarcharum, & Juſticiariorum Itinerantium; neque Æconomos aut Inquiſitores juramentum ab iis ſubeundum detrectaturos, ob varietatem & multiplicitatem rerum ab iiſdem præſentandarum, tum quia magnam antiquitatem ſapit, tum quia nihil in eo continetur, quod non ſit cujuſlibet Chriſtiani officium, etiamſi nullo juramento aſtrictus eſſet : Tum quia Inquiſitorum in rebus civilibus juramenta non pauciores ſub ſe Articulos continent, quam noſtrorum in Eccleſiaſticis Miniſtrorum ; ut ſupra *Cap.* 7. & 21. demonſtratum eſt. Et cum nullum conſcientiæ ſcrupulum movent de juramento in civilibus præſtando, quid cauſæ eſt, cur ſint adeo delicati & ſcrupuloſi in rebus ad ſalutem animarum, & morum Reformationem ſpectantibus, non video. Aut ergo hanc Methodum in conventibus civilibus damnent, aut noſtram in Eccleſiaſticis non improbent.

Advos tandem Reverendi præſules, & confratres ſe convertit oratio, in quorum gratiam exiguum hunc & nullius pretii tractatulum compoſui : Non ut vos inſtruam & erudiam in Epiſcopali officio fungendo, qui illud me multo Melius intelligitis, & a quibus doceri mallem, quam docu-

mentis præire; ſed ut eum manualis loco habeatis in ſubſidium memoriæ, ad ea revocanda quæ inter multiplicia negotia, & cogitationes hinc inde diſtractas ſubinde excidere ſolant. Vos eſtis cuſtodes Canonum conſtituti, & a veſtrâ ſolertiâ in muneribus fideliter obeundis, pendet Reformatio morum tam in Clero, quam in populo, & collapſæ Diſciplinæ reſtauratio, ſatagite ergo res Eccleſiæ. officio paſtorali gnaviter incumbite, diœceſes veſtras Eccleſiatim circumite, ut quid in quâque parochiâ delictum ſit, convocato parocho, Æconomis, & Inquiſitoribus melius recognoſcatis. Verbum Dei, ſi non in omnibus Eccleſiis ſaltem in celebrioribus locis, in capitibus Ruralium Decanatuum prædicate, neque in contumeliam accipiatis ſi veſtram memoriam de pauculis refricem, quæ non tam vobis, quam mihi ipſi monita ſalutaria velim.

1. De Summâ curâ adhibendâ, in admittendis ad ſacros ordines, & diligenti examine faciendo, de eorum ætate, qualitate, doctrinâ, & morum probitate, in hiſce enim nec leges Regni nec prohibitiones Regiæ impediunt, quin officio noſtro ad libitum fungamur: cumque admiſſio ad ordines ſit gradus ad beneficia obtinenda, & Legulei noſtri paſſim decantant, eum beneficio

eneficio Eccleſiaſtico dignum eſſe, qui abilis Judicatus eſt ad ordines ſuſcipien-os, nec jure poſſe a beneficio rejici, qui rdinibus dignus erat: Omni ſane operâ nitendum eſt, qui & quales a nobis admit-ntur ad ſacros ordines.

2. De Reformandis moribus eorum qui oſtris cætibus ſe adjungunt, clamitant atres noſtri Diſſentientes, omnem apud os diſciplinam collapſam eſſe, cætus ſuos gregatos noſtris puriores eſſe, & inde æ exrum ſchiſmatis quærunt, non quod verâ ſint, ſed quia ſuâ opinione ſe ex-imant magis moribus Reformatos, ex al-râ parte, nulla aut exigua ſpes ſupereſt, ontificios ab inolitis ſuiis traditionibus, & iiâ Religione, ad noſtram Communio-m reducendi: Niſi meliorem Religionem oſtituamus; quæ ſuam præſtantiam com-endet in vitis ſuorum Profeſſorum; in nc finem cohortandi ſunt Eccleſiarum niſtri, ut Æconomorum & teſtium Sy-dalium electiones frequentiores ſint, ut ſic electi ad officia ſua ſtimulentur, ut nitentiæ Eccleſiaſticæ reſtaurentur (quam reſtitutionem optat ſanctiſſima ma-Eccleſia, in officio ſuo in die cinerum) tandem ut in Curiis Eccleſiaſticis contra inquentes, procedatur, magis & intu tu utis animarum, quam ob ſpem præmii emunctionem crumenarum. 3. De

3. De formulâ ſive methodo aliquâ pro convincendis & reducendis recuſantibus ad communionem Eccleſiæ; in Canone noſtrâ 40, proviſum eſt ut miniſtri hunc finem, colloquia inſtituant, & diligenter cum pontificiis conferant, ut eos a erroribus ſuis revocent, æquiſſimum enim judicavit Eccleſia, ut iis ſpiritualia miniſtrentur, quorum aſſiduis laboribus ſuſtentandi erant ſui Miniſtri at vero modum ſcire, quo quilibet pro ſui ingenii modo tractandus eſt, quibus argumentis aggrediendi ſunt nobiles & generoſi, quibus plebei, diſcernere præjudicia, quibus quilibet gravatur adverſus noſtram Religionem, quaque arte, quibus Mediis pro cujuſlibet indolis varietate, iſta præjudicia movenda ſint; Res eſt, ut opinor, majoris artis, & prudentiæ, quam quæ cuilibet parocho committenda eſt; liber aliquis ſingularis in hunc finem componendus eſſet, qui omnia vulgaria præjudicia enumeraret, cum brevibus & perſpicuis reſponſis ad eadem, & quaſdam pias & prudentes regulas præſcriberet, in Uſum parochorum circa modum tractandi cum Pontificiis. Abſolverunt hoc penſum Epiſcopi Gallicani in Synodo ante motam perſecutionem contra Proteſtantes, idem & a nobis faciendum eſt, ut recuſantium converſio

av

itis erroribus, fælicius & cum optato
cceſſu peragatur. Putant multi incaſum
c tentari a Miniſtris Eccleſiæ, niſi ma-
ſtratus cum iis ſuas operas conjungat, vel
ſſaticos Sacerdotes, & fratrum ſodalitia
ulando a Regno, vel populum adigen-
ad Eccleſias per mulctam pecuniari-
, juxta ſtatutum primo Eliſabethæ; &
idem fateor feſtinum hoc eſſe remedium,
ita Magiſtatui viſum eſſet, experti ſunt
s ſucceſſum majores noſtri, ſub fauſto
perio Reginæ Eliſabethæ, & ſub initiis
cobi primi, at deſignatæ pientiſſimi Ca-
li nuptiæ cum Infantâ Hiſpanicâ, & in-
uſtum poſtea connubium cum Gallicanâ
incipe, relaxarunt vires legum noſtrarum
populum frænis ſolutum ſuo arbitrio
rmiſerunt interea tamen donec magiſtra-
i viſum fuerit ſerias inire cogitationes,
Methodo Reducendi recuſantes, non
deſperandum quin ſi nos cum Clero no-
o ſeria conſilia iniremus, de hâc metho-
, poſſe aliquid cum ſucceſſu fieri in iiſ-
m reducendis; eâdem enim methodo,
dem artibus, quibus poſt ceſſata miracu-
, & ante converſionem Imperii ad fidem
hriſtianam, tum Ethnici tum Judæi per-
oti ſunt ad Religionem Chriſtianam am-
lectendam, etiam & noſtri Pontificii com-
overi poſſunt.

4. De

4 De methodo aliquâ reducendi Schismaticos & dissentientes ad Ecclesiæ communionem fateor de hâc re silere constitutiones nostras anno 1634 editas, quod eorum numerus aut nullus, aut admodum exiguus tunc temporis erat infra hoc regnum, at cum tractu temporis excreverint in multitudinem non contemnendam, cum unam ferme provinciam occupaverint, & Ramos suos in alias regni provincias diffuderint, de tempestivo aliquo remedio cogitandum est, nisi animarum saluti & propriis commodis deesse velimus; Non est ignotum quâ arte, quâque industriâ studeant populum a nostrâ communione seducere, & suorum cætuum pomœria dilatare, cavendum ergo est, ne primo populum lucrentur, & deinde decimas & prædia Ecclesiastica; ne post alienatam plebis mentem a nostris sacris, tandem clamitent Ministerium nostrum superfluum esse in Ecclesiâ, nec gravandum esse populum in alendis Ministris qui plebem cui prædicent, non habent simile aliquid nuper factum est in publicis hujus regni comitiis, sub nupero Rege Jacobo, quæ, lege latâ, quemlibet suo arbitrio, permiserunt ad solvendas decimas suas, qui ejus animæ curam habuit quâ arte Pontificii Sacerdotes spoliis nostris ditati fuere, & clerus noster tantum non

on ad inopiam redactus. Deus Optimus, Maximus omen avertat in posterum.

Admonitio Synodalis antiqua desumpta ex Baluzii appendice ad Reginonam.

FRatres Presbyteri & Sacerdotes Domini, cooperatores ordinis nostri estis. Nos quidem, quamvis indigni, locum Aaron tenemus, vos autem locum Eleazari & Ithamaris. Nos vice duodecim Apostolorum fungimur, vos ad formam septuaginta discipulorum estis. Nos vero pastores veri sumus, vos autem pastores animarum vobis commissarum. Nos de vobis rationem reddituri sumus summo pastori Domino nostro Jesu Christo, vos de plebibus vobis commissis. Et ideo, carissimi, videte periculum vestrum. Ammonemus itaque & obsecramus fraternitatem vestram ut quæ vobis suggerimus memoriæ commendetis & opere exercere studeatis.

Imprimis ammonemus ut vita & conversatio vestra irreprehensibilis sit, scilicet ut cella vestra sit juxta ecclesiam, & in domo vestra feminas non habeatis. Omni nocte ad nocturnas surgite. Cursum vestrum horis certis decantate. Missarum celebrationes religiose peragite. Corpus & San-

guinem Domini cum timore & Reverentiam vel
ſumite ; vaſa ſacra manibus propriis abluiſponde
te & extergite. Nullus cantet Miſſam niſmos v
jejunus. Nullus cantet qui non communipoſtolu
cet. Nullus cantet ſine amictu, alba, ſtoria ma
la, ſanone, & caſula. Et hæc veſtimenat trac
ta nitida ſint, & ad nullos uſus alios ſinte ad
Nullus in alba qua in ſuos uſus utitur prærum p
ſumat cantare miſſam. Nullus in ligneemis re
vel in vitreo calice audeat miſſam cantares præ
Nulla femina ad altare accedat, nec cali per
cem Domini tangat. Corporale mundiſſine Ba
mum ſit. Altare ſit coopertum de mundi ebric
linteis. Super altare nihil ponatur niſomini
capſæ & Reliquiæ, aut forte quatuor Eva fera
vangelia, aut pyxis cum corpore Domin ebent
ad viaticum infirmis. Cetera in nitido lot aviu
co recondantur. Miſſale plenarium, Le bibe
ctionarium, & Antiphonarium unuſquiſqpit ple
habeat. Locus in Secretario aut juxta al e Do
tare ſit præparatus ubi aqua effundi poſſerbum
quando vaſa ſacra abluuntur. Et ibi vam pa
nitidum cum aqua dependeat, ut ibi Sarum l
cerdos lavet manus poſt communionem vitate
Eccleſiæ ſint bene cooperiæ & camera empl
tæ. Et atrium ſit ſepe munitum. Nulinico,
lus extra Eccleſiam per Domos nec icite,
locis non conſecratis miſſam cantet. Nulc ſolu
lus ſolus cantet miſſam. Omnis presbyteenta
Clericum habeat vel Scolarem qui Epiſtogotia

lan

tim vel Lectionem legat, & ei ad missam
ui spondeat, & cum quo psalmos cantet, in-
nis mos visitate, & eos reconciliate, & juxta
ni postolum oleo sancto innugite, & pro-
to ia manu communicate, Et nullus præsu-
en at tradere communionem laico aut femi-
int e ad deferendum infirmo. Nullus ve-
ræ rum pro Baptizandis infantibus, aut in-
ne mis reconciliandis, aut mortuis sepelien-
are s præmium vel munus exigat. Videte
alii per negligentiam vestram nullus infans
issi ne Baptismo moriatur. Nullus vestrum
ndi ebriosus vel litigiosus: Quia servum
ni omini non oportet litigare. Nullus ar-
E a ferat in seditione, quia arma nostra
nin ebent Spiritualia esse. Nullus canum
lor t avium jocis inserviat. Nolite in taber-
Le s bibere. Unusquisq; vestrum quantum
isi pit plebi suæ de Evangelio vel Apostolo
al e Dominico vel festis diebus annuntiet.
oss erbum Domini debetis prædicare. Cu-
va m pauperum, peregrinorum, & orpha-
Sa rum habete, & eos ad prandium vestrum
em vitate. Estote hospitales, ut a vobis alii
era emplum bonum sumant. Omni die Do-
Nu inico, ante missam, aquam benedictam,
i cite, unde populus aspergatur. Et ad
Nu c solum vas habete. Sacra vasa & vesti-
yte enta Sacerdotalia nolite in vadium dare
sto gotiatori aut tabernario. Nullus vestrum
lan

minus digne pœnitentem cujuſcunq; rei
gratia ad reconciliationem adducat, & ei
teſtimonium reconciliationis ferat. Nullus
veſtrum uſuras exigat & conductor ſui ſeni-
oris exiſtat. Res & facultates quas poſt di-
em ordinationis veſtræ adquiritis, ad Ec-
cleſiam ad quam titulati eſtis pertinere ſci-
tis. Nullus ſine conſcientia & conſenſu
noſtro Eccleſiam acquirat. Nullus per po-
teſtatem ſecularium Eccleſiam obtineat.
Nullus per pecuniam alterius Eccleſiam
ſupplantet. Nullus Eccleſiam ad quam ti-
tulatus eſt dimittat, & ad aliam quæſtui
gratia migret. Nullus plures Eccleſias te-
neat ſine adjutorio aliorum presbyterorum.
Nullatenus una Eccleſia inter plures divi-
datur. Nullus alterius Parrochianum, ni
in itinere, vel ſi ibi placitum fuerit, ad
miſſam recipiat. Nullus in alterius Paro-
chia miſſam cantet abſq; proprii presbiteri
voluntate & Rogatu. Nullus decimam a
alium pertinentem recipiat. Nullus pœni-
tentem invitet carnem manducare & biber
vinum, niſi pro eo ad præſens eleemoſyn
nam faciat. Nullus præſumat baptizare ni
in vigilia paſchæ & pentecoſtes, niſi pr
periculo mortis. Unuſquiſq; fontes lapide
habeat. Et ſi non poteſt habere lapideos
habeat vas aliud ad hoc paratum, in qu
nihil aliud fiat. Videte ut omnibus paro-

chianis
minica
tempo
ioris pl
dum in
geſima
& ei ju
njung
n pœn
poribu
paſcha
commu
ni acce
Cer
bus al
miſſam
us pre
ceda
Laical
ut ma
mutare
umat.
tates a
am ce
mulier
armi
turnis
chinno
Dei on
nicatis

chianis veſtris Symbolum & orationem do-
minicam inſinuetis. Jejunium quatuor
temporum & Rogationum & Letaniæ ma-
joris plebibus veſtris omnimodis obſervan-
dum inſinuate. Feria quarta ante quadra-
geſimam plebem ad confeſſionem invitate;
& ei juxta qualitatem delicti pœnitentiam
injungite, non ex corde veſtro, ſed ſicut
in pœnitentiali ſcriptum eſt. Tribus tem-
poribus in anno, id eſt in natale Domini,
paſcha, & Pentecoſten, omnes fideles ad
communionem corporis & ſanguinis Domi-
ni accedere ammonete.

Certis temporibus conjugatos ab uxori-
bus abſtinere exhortamini. Eulogias poſt
miſſam in diebus feſtis plebi tribuite. Nul-
lus presbyter in itinere ſine orario vel ſtola
incedat. Nullus veſtrum induatur veſtibus
Laicalibus. Nullus rem aut poſſeſſionem
aut mancipium Eccleſiæ vendere aut com-
mutare aut quocunq ingenio alienare præ-
ſumat. Diem dominicum & alias feſtivi-
tates abſq; ſervili opere a veſpera in veſpe-
ram celebrare docete. Cantus & choros
mulierum in atrio Eccleſiæ fieri prohibete.
Carmina diabolica quæ ſuper mortuos no-
cturnis horis vulgus facere ſolet, & ca-
chinnos quos exercet, ſub conteſtatione
Dei omnipotentis vetate. Cum excommu-
nicatis nolite communicare. Nullus illis

præ-

præſumat Miſſam cantare. Sed & plebibus vobis commiſſis hoc annunciate. Ad nuptias nullus veſtrum eat. Omnibus denunciate ut nullus uxorem accipiat niſi publice celebratis nuptiis. Raptum omnimodis prohibete, & ut nullus ad proximam Sanguinis ſui accedat, & ut alterius ſponſam nemo ducat. Porcarios & alios paſtores vel dominica die ad Miſſam facite venire. Patrini filiolis ſuis Symbolum & orationem dominicam inſinuent vel inſinuari faciant.

Chriſma ſemper ſub ſera ſit aut ſub ſigillo propter quoſdam infideles. Volumus autem ſcire de quolibet presbytero ſi ex ingenuis parentibus ſit natus, aut ex ſervili conditione, aut ſi de noſtra Parochia aut de alia natus eſt aut ordinatus, vel ad quem locum prætitulatus. Si ſervus fuit oſtendat cartam libertatis. Si de alia parrochia oſtendat literas commendatitias, quas formatam vocant. De miniſterio etiam vobis commiſſo vos ammonere curamus, ut unuſquiſq; veſtrum, ſi fieri poteſt, expoſitionem ſymboli & orationem dominicam juxta traditionem orthodoxorum patrum penes ſe habeat ſcriptam, & eam pleniter intelligat, & inde prædicando populum ſibi commiſſum ſedulo inſtruat, ſi non, ſaltem teneat vel credat. Orationes quoq; Miſſarum & præfationes & Canonem bene Intelligat.

telligat. Et si non, saltim distincte ac memoriter proferre valeat. Epistolam & Evangelium bene legere possit; & utinam saltem ad literam ejus sensum posset manifestare. Psalmorum verba & distinctiones regulariter ex corde cum canticis consuetudinariis pronunciare sciat.

Sermonem Athenasii Episcopi de fide sanctæ trinitatis, cujus initium est *Quicunque vult*, memoriter teneat, & omni die cantet. Exorcismos & orationes ad catechumenum faciendum, ad fontem quoque consecrandum, aut reliquas preces super masculum & feminam pluraliter & singulariter valeat & sciat distincte proferre. Similiter ordinem baptizandi ad succurrendum infirmis. Ordinem quoque reconciliandi juxta modum sibi canonice reservatum, atq; ungendi infirmos, orationes quoque eidem necessitati competentes bene saltem sciat legere.

Similiter ordinem, & preces in exequiis atque agendis defunctorum. Similiter exorcismos & benedictiones salis & aquæ memoriter teneat. Canticum nocturnum atque diurnum noverit. Compotum, si non Majorem, saltim minorem, id est epactas, concurrentes, regulares, terminos paschales, & reliquos si est possibile, sapiat. Martyrologium & pœnitentiale habeat, ut se-

cun-

cundum quod ibi ſcriptum eſt interroget confitentem aut confeſſo modum pœnitentiæ imponat. Libellum iſtum unuſquiſque habeat, & frequenter legat, ne oblivioni tradat ea quæ ſibi ſunt obſervanda.

Voluimus autem fratres cariſſimi quatenus quæ noſtra percepiſtis traditione, quantum humana patitur infirmitas, bonis ſtudeatis operibus adimplere. Quod ut memoriter retinere & ſalubriter peragere valeatis, omnipotens deus vobis concedere dignetur, cujus regnum & imperium ſine fine permanet in ſecula ſeculorum. *Amen.*

FINIS.